Philologia

Oratores Graeci

Demosthenis pro libertate Rhodiorum Oratio Simone Maricio Pilsnensi interprete. Crac. Mathiae Scharffeni. 1547.

DEMOSTHENIS PRO LIbertate Rhodiorum Oratio Simone Maricio Pilsnensi interprete.

CRACOVIÆ.

Matthias Scharffenbergus

M. D. XLVII.

IACOBVS PRILVSIVS AD LE ctorem Polonum.

VT fuerat Rhodiũ libertas murus Athenis,
Sic fuit Hunnus eques chare Polone tibi.
Nos petit ecce Getes, Thrax, Persa petebat ut il- (los
Hei mihi utrisq; diu mœnia quassa iacent.
Si uis consilio tamen euitare periclum,
Sarmata quod Simon uertit amice legas.

ILLVSTRI ET MAGNIFICO DO mino Petro Cmitæ, Comiti in Visnicze, Palatino & Capitaneo generali Cracouiensi, regniq; Poloniæ supremo Marsalco, nec non Scepusiensi, Premisliẽsi, Colẽsi. &c. Capitaneo. Domino Mecœnatiq; suo. Simon Maricius Pilsnensis. S. P. D.

SAEPE ET MVLTVM hoc mecum cogitaui, Illustrißime Mecœnas Petre Cmita, qua potißimum ratione uiaq;, quo obsequiorum officiorúmue genere, quibus studijs, certæ quædam, non ingrati animi mei significationes, in tuam erga me beneficentiam singularem appareant: non tamen quicquam, quod mihi ipsi probetur, hactenus inuenio. Nam tanta est tua humanitas, tamq; propensus animus, cum in omnes æquè studiosos, tum in me: ut quicquid eo nomine, gratitudinis memor, dixero feceròue, id tuorum erga me beneficiorum splendore obscuratum, uilescat necesse est. Nisi forte illud unum, impar quidem, non tamen planè ab officio meo alienum, inuenisse mihi

A ij uideatur

uidear, quò & apud me grati animi erga tuam
munificentiam signa reluceant, & tu Mecœnas,
quodcunq; id est abs te profectū beneficij, (quod
intelligo quàm magnū sit) non frustra in me con-
tulisse uideare. Nimirum, ut studiorum meorum
qualemcunq; progressum fructumq;, quem tua mu
nificentia nactus sum, non modo turpi ocio steri-
lescere non patiar: sed etiam id quod abs te profe
ctum est, cumulatius, politiusq; studio ac labore
meo effectum, in tuum honorem referatur rede-
atque. Quare Mecœnas cùm & meæ conditio-
nis munus me admoneat, quā necessitate maiore,
quàm uoluntate sustineo, (alia nanq; iurisconsul-
tum magis fortasse, q̃ artis dicendi professio de-
cerent,) & ardor iuuenum in studia Græcarum
literarum, precèsque, quibus assiduè defatigor,
non leuibus sanè stimulis excitent, ad hoc me exer-
citationis genus, uertendi Græca, contuli: ut &
meis studijs, & uoluntati iuuenū obsequendo, tuo
potissimum honori, qui princeps Mecœnasq; me-
us es, uidear inseruire. Id enim & tuæ prudentiæ
non ingratum, qui studiorum meorum author es,
& adolescentibus fructuosum, quibus publicè do
cendis nunc incumbo, & ab eloquentiæ studijs, qui
bus hoc tempore detineor, non ualde alienum pu
taui fore. Etenim, inter illa exercitationum ge-
nera, quæ Crassus de oratore ad comparandam
eloquentiam commendat, studium uidelicet de-

clamandi, frequentem stylum, paraphrasin, foren
sem actionem, ac uariam multamq; lectionem, nō
minimum est, eodem authore, Græcorum in Lati-
nam linguam diligēs traductio. Sic enim, præter-
quam quòd facilius commodiùsque Græcæ literæ
ediscuntur, nobis præsertim, quibus cognitio lin-
guæ, non uiua uoce contingit, ut priscis illis, sed ex
mutis magistris conquiritur, etiam sermonis Lati-
ni proprietas, ac peculiaris quædā uis, suis utro-
biq; figuris reddendo obseruatis, exactius perspi-
citur. Habes causam Mecœnas, cur ad hoc exer-
citationis genus me contuli, nunc, quamobrem in-
ter multa præclara Demosthenis, hanc potissi-
mum orationem, de libertate Rhodiorum, uerten
dam susceperi, paucis accipe. Multa Demosthenis
adeò præclarè, diuinèque conscripta sunt, ut &
summum oratoris summi ingenium, palàm testen-
tur, & principe, qui Reipub: custos gubernatór-
que est, non indigna, ac inprimis hoc statu rerum
turbulento, apta esse uideantur: quo in genere
Philippicæ orationes, Olynthiacæq; habentur,
ubi Turcæ fraudes, dolosq;, quibus plurimum, im-
probus iste, nunc potest, in Philippo Macedonum
rege, ita expressit effinxitque, ut & gubernandæ
Reipub: & præcauendi hostis, illinc ratio commo
dissima peti possit. Elegans περὶ τ̃ στεφάνου illa
est oratio, ac plausibili argumento, in quā omnes
ingenij sui uires, orator effudisse, ac artis dicendi

facultates, contuliſſe uiſus ē. ſed cum has ipſas, alij ſuæ induſtriæ uendicaſſent, ne actum agere, ut in prouerbio eſt, uiderer, hanc quæ eſt de libertate Rhodiorum, mihi aſſumpſi. (quæ etiā opera Chriſtophori Hegendorphini uerſa eſt, ſed qua fœlicitate, iudicent doctiores.) partim quòd non ineptũ uidebatur, illi de pace, hanc de libertate ſuccedere, partim q̃ uellem principis Mecœnatisq; mei perſonæ inſeruire, ſimilitudine argumenti. Cum enim inter præclaros tui honoris titulos, Petre Cmita, quos non tam fortunæ beneficio, quàm tuæ uirtuti, acceptos ferre debes, quæ à primo ſtatim initio, antiquæ Cmitonum familiæ, non inſida comes eſt, clariſsima illa nomina, Palatini & Capitanêi (ut uocant) emineant, quorum alterum, pacis in bello, militarisq; diſciplinæ: alterum, libertatis tuendæ in pace, ſymbolum ſit. certé, utrunq; hoc tui honoris nomen, iure quodam optimo, ut illam Demoſthenis orationem de pace, ſic & hāc de libertate, ſibi uendicat, quò uidelicet ſic & nos tui nominis auſpicio, noſtro Demoſtheni, ac in uniuerſum bonis literis, diligentius ſtudeamus, & nobilitas Polona, prudentia, conſilio, authoritateq; tua, quæ in te ſpectata & magna ſunt, retinēdæ, tuendæ, conſeruādæq; libertati, acrius ac toto pectore, quod dicitur, incumbat. Quod ut tibi Mecœnas, nobisq; omnibus unà tecũ fœlix fauſtũq; ſit, Chrũs faxit. Craco. Pridi. non. April. A. 1547.

ARGVMENTVM ORATIONIS

pro Rhodiorum libertate Græco authore incerto.

INSVLANI, & qui maritimas regiones Byzantiũ vſq; incolunt, Athenienſium aliqñ ſocij in bellis, ſed cum defeciſſent, aduerſus Athenienſes bellum geſſerunt. Cũmq; duceretur bellum, coacti ſunt Athenienſes fœdus cum eis inire: vt ij ſuis legibus & libertate vterentur. Poſthæc, dum Artemiſia, regis voluntate diuitibus in Rhodo auxilia tuliſset, potentes populum opprimunt. populus itaq; confugit ad ciuitatem Athenienſiũ, libertati ſue opẽ im-

 plorans

plorans. Demosthenes vt Rho-
diorum populo auxilia ferant,
author est. Verum si quisq; ali-
us, bello sociali Athenien mole-
stia affecerat, defectionèmq; per-
fecerat, palàm erat populũ Rho
diorũ id potissimùm egisse: pro-
inde ipsis inprimis succensere ci-
uitas videbatur. Itaq;, difficilis e-
rat oratio consultori, faciẽti ver
ba pro ijs hominibus, qui & de-
feceruut, & plurima molestia ci-
uitatem affecerunt. Neq; id solũ
sed timor etiam regis sollicitum
habet oratorem. Non enim ne-
q; leue, neq; expers periculi esse
videtur, armis cum rege conten
dere, qui insulam per diuites pe-
nè cœperat. Igitur, vtriq; horũ,
duo fortissima opposuit. Infide-
litati quidem Rhodiorum, ma-
gnanimitatẽ

gnanimitatem ciuitatis, & quòd
vsitatum sit Atheniensibus, vt
Græcis affectis iniuria præsidio
sint, propterea si id fecerint, om-
nium oculos in se conuersuros
eos esse. Timori autem regis, iu-
stum, & τὸ δυνατόν, & tertium ipsũ
vtile, opposuit. τὸ δυνατόν quidem
quòd rege, nõ satis prospera for
tuna vtente apud Ægyptum, vi-
ctóq;, neq; Artemisia, neq; ipse
rex, proceribus Rhodiorum, au
xilium laturus sit. Iustum verò,
q; quæ ad se minime pertinerẽt,
non vtiq; ea rex sibi vendicatu-
rus esset. Nã & Græci sunt Rho
dij, & per ipsius regnum sunt di
uisi. Vtile autem, quòd neutiq;
negligendum sit, si cupiat rex
Rhodios sibi vendicare. Hoc nã-
q; factum documento est, non

 modo

ARGUMENTUM.
modo Rhodiorum occupandorum studio illum, sed omnium quoq; Graecorum teneri.

DEMOSTHENIS PRO LIBERTATE Rhodiorum Oratio.

Insinuatio beneuolentiæ ex officio Atheniensium, ac laude ipsorum industriæ in rebus cognoscendis sed ita ut increpatione negligentiæ attentionē excitet.

VESTRI MUNERIS ESse puto, ô viri Athenienses, qui tantis de rebus consultatis, vnicuique oratorum potestatem dicendi prestare. Quamuis autem nunq̄ arduum esse existimaui, vos optima docere: omnes siquidem mihi (vt ingenue fatear) non ignorare ea videmini, sed vt ea exequamini, non facile vobis persuadetur. Cum enim quippiam statueritis, sciueritisq;, tantum id abest ab agendo, quantum priusquā statueretur. Itaq;, quorum nomine dijs gratias agere debeatis, id inprimis esse arbitror, quod hi, qui

RATIO.

Beneuolentia ē ex pœna Rhodiorum, & attentio ex utili

qui non ita pridẽ bellum vobis superbè intulerunt, nunc spem suæ salutis, in vobis solis collocant. Æquum est autem, vt hac occasione temporis delectemur. Etenim, si quæ par est, de ea statueritis: calumniatorum maledicta, quibus nostra ciuitas ꝓscinditur, ipsa re, nõ sine summo honore diluentur. Causati nanq; sunt, Chij, Byzãtij, atq; Rhodij, nos sibi insidiarum, & propter eam rem, bellum hoc vltimum, nobis fecerunt. Porrò Mausolus, qui earum rerum transactor & summus administer fuit, amicum se Rhodiorum esse dictitãs libertatem eis ademisse: Chij verò & Byzantij, qui voluerunt se haberi socios Rhodiorum, amicorum in aduersis rebus deserto

tate Atheniensium. Videturq; is locus, uim ꝓpositionis habere, quam orator cum nudam esse nollet ne offiecret, coloribus adumbrauit.

res:

res: vos autem quos illi timuerũt soli salutis ipsorum authores esse videbimini. Quæ sanè postq̃ omnes perspecta habebunt, efficietis, vt populi omnium græcarum ciuitatum, hoc signum suæ salutis constituant, si vobis amici sint: quo nihil vobis melius possit accidere, q̃ si omnes vobis sua sponte, sine vlla suspicione, bene velint. Cæterùm demiror, quòd video, eosdem ipsos, qui ciuitati authores sunt, vt Ægyptijs aduersus regem faueat, pro Rhodiorum populo, illum ipsum hominem formidare, quãuis omnes, hos quidem Græcos, illos verò, in parte regni illius esse sciant. Atq; adeò quosdam vestrum memores esse puto, cũ de negocijs regijs consilium vobis

Confirmatio ꝓpositæ deliberationis loco ἐκ τοῦ δυνατοῦ ꝑ occupationem duplicem. Primam oppositã timori Regis tractat tribus modis. Primo à maiore ad minus. Secũdo, per occupationem qua su-

habe

ſpicionem incõ ſtantiæ amolitur.

haberetur, quod primus omniũ ego in medium progreſſus, imo ſolus vt arbitror, aut cum altero quidem certe adhortatus ſum: non immodeſtè ſanè mihi vos facturos videri, ſi prętextum bellici apparatus, non inimicitias cũ illo faceretis: ſed in eos quidem, qui hoſtili in vos eſſent animo, vos armaretis, illum tamẽ etiam vlturi eſſetis, ſi forte ad faciendã vobis iniuriam aggrediatur. Neq; ita hæc à me dicta ſunt, vt vobis non rectè dicta eſſe viderentur, quinimo vobis quoq; hæc probabantur.

Applicatio occupationis per Prosopopœian oratoriam.

Hęc igitur oratio conſentanea illi eſt, quam tũc apud vos habui. Ego enim ſi ab ipſo rege in cõſilium adhiberer, eadem ſané ipſi, quæ vobis conſulerem: vt ſua quidem aduerſus impetum Græcorum, ſi quem faciant

ciant

ciant, defendat, ad ea verõ, quæ ad ſe non pertineant, non adſpiret quidem omnino. Si igitur, ô viri Athenięſes, ea, que rex occupando, & concitando quoſdam in ciuitatibus, in poteſtatem ſuã redegit, concedere ei omnino decreuiſtis, non rectè, vt equidẽ arbitror, decreuiſtis: ſin, pro obtinendo iure, & pugnãdum, ſi eo opus eſſet, & quiduis: perferendum eſſe putatis, primum eo minus vobis iſto opus fuerit, quõ magis iſta decreueritis. Deĩde ea quæ par eſt ſentire videbimini.

Concluſio per complexionem

Tranſitio.

Verũm, quo palam ſit, nihil noui neq; me nunc dicere, cum vos exhortor, vt in libertatem Rhodios aſſeratis, neq; vos, ſi mihi obtemperabitis, facturos eſſe, aliquid

liquid

liquid eorum, quæ non sine emolumento gesſiſtis, commemorabo. Timotheum aliquando ô viri Athenieñ, vt eſſet Ariobarzani auxilio miſiſtis, cum illa adiunctione in decreto: ne initum fœdus cum rege diſſolueret. Is cùm vidiſſet Ariobarzanem quidem apertē à rege deſciuiſſe, Samum verò teneri à Cyprothemide, quem Tigranis regis præfectus impoſuerat, non tulit auxilium Ariobarzani, ſed Samo caſtris poſitis auxiliatus, libertatem reſtituit. Atq; ob eam rē, ad hodiernum vſq; diem, bellum nobis non eſt factum. Neq; enim pari" quiſq; ſtudio, pro his, quæ ſi" bi accedunt in cumulum, atq;" pro ſuis bellum ſuſceperit: ſed ſu" is ne excidāt, quoad poſſunt omnes

Tertius modus per exemplum par.

Ratio ex natura & moribus hominum.

"nes contendunt: pro his autem, "quæ ſibi accedunt in cumulum, "non item: ſed apetunt cupide ſi "permittas, ſin prohibeas, nulla ſe iniuria abs te affectos, eſſe ducūt. Quòd verò neq; Artemiſia nūc iſti facto aduerſatura videat civitate in negocijs occupata, paucis auditis animaduertite, rectè ne ego iſta raciociner, an ſecus. Si regi in Ægypto quęcunq; cupijt omnia ex animo ſuccederent, puto magnopere adniteretur Artemiſia, vt ipſi Rhodum acquireret, nō beneuolentia regis, ſed quōd illum, in proximo degentem, magno beneficio afficeret, quò ſic ipſam q̄ familiariſſime collaudaret. At cum ita vt fertur, res ei ſuccedant, ac rebus quas fuerat aggreſſus fruſtratus

Altera occupatio oppoſita timori Artemiſiæ

sit, existimat ea, hanc insulam cætera quidē nihil vtilem regi hoc tēpore, principatus modo sui, vt ne quid noui moliri ipsa possit, propugnaculum id esse. Itaq; mihi videtur, eam malle, vt hanc insulam vos, se non apertè concedente habeatis, quàm vt rex eā capiat. Existimo igitur, aut nihil auxilij Artemisiam laturam esse aut si quicquā, perexiguū illud fore ac leue. Quin & rex, quid facturus sit, non me Hercule dixerim me nosse. Ex re autem ciuitatis esse, vt iam palam fiat, num ciuitatem Rhodiorum vindicatura sit, nec ne, id sane affirmauerim. Neq; enim de Rhodijs modo, si eos vindicatura sit, sed de vobis ipsis, & omnibus Græcis consultandū est. Istos autē Rhodios,

Conclusio per dilemma, qua à magnitudine cōmunis periculi si negligantur Rhodij Atheni enses ad deliberandi studium attentos reddit.

Ad secundū cō-

dios, qui ciuitatem nunc habent quamuis per seipsos eam occupassent, non censerem vtiq; suscipiendos: neq; si omnia facturos se vobis recepissent. [Nam videte o istos, primum quidem, quò facilius popularem statum dissoluant, quosdam ciuium assumpsisse: postea veró re confecta, eosdem illos è ciuitate rursus eiecisse. △ Eos igitē, qui neutris fidē seruassent, neq; vobis vtiq; fidos, stabilésq; socios, arbitror fore. ⊓ Hæc ego nequaquā apud vos dicerem, si tantum ex re populi Rhodiorum mihi esse viderent. ♈ Non enim neq; publicè, neq; priuatim hospitium mihi vllum cum ipsis intercedit, sed fuerint vtraq; ista, neq; tamen dicerem, nisi in rem vestram esse putarem.

firmationis locum ab utili uidelicet accessurus. Primo diuites Rhodiorum infidelitatis in suos coarguēs indignos censet uenia, quo quidem artificiose diuites adducēs in odium, populo Rhodiorum beneuolentiam conciliat.

[Ratio ex facto infideli.

△ Colligit non seruandos diuites ex comparatione impari.

⊓ Suspicionem sordium amoliturus, idq; suadet, ex re utriusq; populi esse censet.

♈ Ratio ex consequentibus, per concessionē &c.

potentioris illatione.

Confirmatio rationis ſigno.

quandoquidem de ijs, quæ Rhodijs euenerunt, (ſi ita ſalutis ipſorum propugnatori phas eſt dicere) gratulor: qui cũm nobis, ne ea quæ noſtra erant, recuperaremus inuidiſſent, ſuam libertatẽ perdiderunt, & cum Græcorũ, ac veſtræ ſocietatis, qui eſtis ipſis meliores, æquali iure frui poſsẽt barbaris, ſeruiſcꝫ, quos in arces receperunt ſeruiunt. Propemodum autem dixerim, ſi vos auxilia Rhodijs tuleritis, nõ mediocre ipſis emolumentum iſta attulerint. Rebus enim proſperis, neſcio an vnꝗ̃ Rhodij ſapere voluiſſent, experti autem re ipſa, atqꝫ „ edocti, ſtultitiam multis multorum „ malorum cauſſam eſſe, fortaſſe „ in poſterum fuerint modeſtiores: quod quidem ipſis non mediocri

Antè ex utriusqꝫ populi emolumento, nunc ex utilitate tantum Rhodiorũ ſuadet: ita ut in Athenienſibus rationem æquitatis in Rhodiis utilitatis uelit habere.

mediocri emolumento fore puto. Dico aũt operepreciũ eſſe, vt ſeruãdis hiſce hominibus animũ intendatis, & præteritarum iniuriarum obliuiſcamini, non immemores, quòd & vos aliorum fraude ſæpenumero decepti eſtis neqꝫ tamen ob vllum de his erratis, ſupplicio vos dignos deputaueritis. Iam verò & illud conſiderate, ô viri athenienſes, aduerſus plurimos hoſtes, & qui populari ſtatu, & qui paucorũ dominatu vtuntur, ſuſcepta vobis fuiſſe bella. Atqꝫ id ne ipſi quidẽ ignoratis, ſed quę cauſę belli ſint cum vtriſqꝫ, nemo fortaſsis conſiderat. Quænam igitur belli cauſæ ſunt? cũ ijs quidem, qui in ſtatu populari ſunt, aut priuata cri mina

Μνησικακίαν amouet, admonens communis imbecillitatis, facto Athenienſium qua uidelicet et ipſi Athenienſes alienæ fraudi ſæpenumero ſucubuerunt.

Bellum utilius Athenienſibus cum Democratia eſſe quàm cũ Olygarchia amicitiam ꝓbat, utriſqꝫ Reipub. proprijs quequidẽ propria ex cauſis belli colliguntur. Cauſſæ belli, cum Democratia et Oligarchia.

mina quæ publicē dilui non po
terant, aut terræ portio, aut fi-
nes, aut ambitio, aut principatus
cum ſtatu autem paucorum, nul
la harum, ſed Reipub. ratio & li
bertas cauſa eſt: ita vt non dubi-
tē affirmare, magis ex re noſtra
videri, ſi omnes Græci, qui popu
lari ſtatu viuunt, bellum nobis
facerent, quàm ſi ij, qui paucorū
dominatu, amici nobis eſsēt. Cū
liberis namq; hominibus, haud
difficilem vobis pacem fore pu-
to, ſi quando volueritis: cum his
autem, qui paucorum premun-
tur dominatu, neq; amicitiam ſa
tis tutam exiſtimo. Nulla enim
ratione fieri poteſt, vt pauci mul
tis, & qui cupidi ſunt regnandi,
his, qui æquabile ius viuendi ele
gerunt, amici ſint. Miror autem
ſi ne-

Ex cauſsis belli institutum colligit.

Ratio ex proprio utriusq; Reipub.

Confirmatio rationis dißimili natura Rerumpub. per antitheta.

Amplificat exēplo maius quid

ſi nemo veſtrum reputat, Chijs,
& Mitylenæis, & nunc Rhodijs
ſub paucorum dominatum reda
ctis, & omnibus propemodum
in hanc ſeruitutem adductis, ve-
ſtrā quoq; Rempub. quodammo-
do periclitari: neq; id ſecum ipſe
conſiderat, quod nulla ratione, ſi om
nia paucorum adminiſtratione
gubernabūtur, ſtatum hunc no-
ſtræ Reipub. popularem perfe-
rent. Sciunt enim, nullos alios Reſ
pub. in libertatem rurſus reuo-
caturos. vnde igitur mali aliquid
expectabunt, eos ē medio tolle-
re percupient. Itaq; alios quidē
qui iniuriam faciunt, eorum mo
do, qui patiuntur, inimicos exi-
ſtimare oportet, illos verō, qui
diſſoluūt Reſpub. & oligarchia
permutant, communes omnium
hoſtes

dam quo to pop. lus terreatur subijciens.

Ratio ex magnitudine animi ac potentia Athenienſium.

Cōcluſio amplificationis.

Concluſio ſumma argumenti cum exortatione, qua priuatā cauſam Rhodiorum in communem omnium libertatem artificioſé reffert.

hostes, vt qui omnium libertati insidientur, habendos esse cẽseo. Præterea ęquum est, ô viri Athenienses, vos qui populari statu viuitis, perinde vos affectos videri in aduersis liberorum populorum rebus, vt alios etiam affectos esse cupiatis, si quãdo (quod omen dij auertant,) huiusmodi quippiam vobis accidat. Etenim si quis dicat, merito hæc Rhodijs accidisse, non idoneum hoc tempus ẽ, malis alienis insultare. "Fortunati namq; hominis est, semp. miseris benè velle, quandoquidem exitus rerum apud omnes mortales incertus est." Porro autem, toties à quibusdam hic apud vos dici audio, quosdã Græcorum, dum nostra ciuitas inimicam fortunam experta fuisset, de ea

Tertius confirmationis locus est ex iusto, quem ante omnia æquitate naturali pertractat.

Occupatio ex inconstãtia fortunæ,

Animos grecorum beneuolos, in afflictos aliquando Athenienses, ostendẽs exemplo Argiuorum comme

ea seruanda consilium inijsse. In qbus ego tantũ Argiuorũ quidam breue in præsentiarum cõmemorabo, Neq; enim optarem vt nos, penes quos semper laus fuit calamitosos conseruandi, in ea ipsa re, Argiuis inferiores videremur, qui cum finitimos Lacedæmonios, terra mariq; potẽtes esse cernerent, nihil neq; turbati sunt, neq; reformidarunt, quin erga nos beneuolentiam præ se ferrent. Quinimo legatos Lacedæmone missos, vt quosdã nostrorum exulum (sicut ferũt) repeterent, communi decreto ita eiecerunt, vt ni ante solis occasum parerent, hostiũ loco haberentur. Et non turpe tandẽ est, ô viri Athenienses, populum quidem Argiuorum, Lacedæmoniorũ

morato, & inconstantis fortunæ, tacitè admonet, & locũ æquitatis amplificat.

Accommodatio exempli superioris argumento à minore ad

maius negatiuè per uehemens erotema inſtandi cauſa indignationi conueniens.

orum imperium ac potentiam, illis temporibus contempſiſſe, vos autem Athenienſes, barbarum hominẽ, atq; adeò feminã timere? Atqui illi ſæpenumero à Lacedæmonijs ſe victos eſſe, negare non poſſent, vos & regem ſæpe prælio ſuperaſtis, nunq; aũt neq; ab eius ſeruis, neq; ab ipſo deuicti eſtis. Quòd ſi quando rex ciuitatem hanc ſuperauit, vel ſceleratiſſimis Græcorũ, eorumq;

Collatio Argiuorum cum Athenienſibus ꝑ antitheton.

Occupatio regis uires ipſius fraude ac corruptelis eleuãs

proditoribus pecunia corruptis vel nullo ſanè alio modo ſuperauit. atq; ne hoc quidem ipſi profuit, quin reperietis ipſum cum ciuitatem Lacedæmoniorum labefactaret, periculum ſui regni, aduerſus Clearchum & Cyrum ſubijſſe. Neq; igitur aperto Marte vicit, neq; ei quicq; inſidiæ ꝓfuerunt,

Concluſio.

fuerunt. Nonnullos autem veſtrum video, Philippum quidẽ, vt nullius precij hominem, ſæpenumero contemnere, regem verò, tanq; validum, quibus ſe hoſtem eſſe vult, timere. Si igitur nõ vlciſcimur illum, quòd nihili homo eſt, huic autem ob terrorem omnia concedemus, aduerſus quos tandem ô viri Athenienſes, exercitꝰ noſtros educemus?

Regem cũ Philippo comparans neq; hunc quòd uilis ſit cõtemnendum, neq; illum quòd potens, extimeſcendum eſſe cẽſet.

Sunt deniq; quidam apud nos, qui iuſta pro alijs apud vos dicẽdo plurimum valent: quos ego profectò admonuerim, vt ꝓ vobis apud alios iuſta dicere eatenꝰ duntaxat ſtuderent: vt ipſi primi „quæ decẽt facere videant. Quòd „abſurdum, ſit, vt is qui ipſe nihil „iuſtè agit, de rebus, iuſtis vos do„ceat, Nam non æquum, eſt, eum qui

Vt Antitheſin ualidã ex Græcorum deductã fœderibus, fortius confutaret, per occupationem ad inſectãdos oratores ſe tranſtulit, ipſorum offitij eos admonens.

qui ſe ciuem videri vult, ratio-
nes eas quæ contra vos faciunt,
ac non quæ pro vobis meditari.
Age enim per deos conſiderate,
quamobrem Byzantij nullus eſt
q illos doceat, vt ne Chalcedo-
nem occupent, quæ regis eſt, vos
autem ipſam poſsidebatis, ad il-
los vero nulla ex parte pertinet:
neq; Sylembriam, quæ ciuitas ſo
cia nobis fuit, quemadmodum
eos expediat facere, ac Bizantij
terminent iſtorum regionẽ, præ
ter iuſiurandi ac fœderum religi
onem, in quibus, vt ſuis legibus
viuerẽt, adſcriptũ eſt. Neq; quiſ-
q̃ eſt, qui aut viuente Mauſolo
aut mortuo illo Arthemiſiæ au-
thor ſit, ne occupet Co, & Rho
dum, & alias quaſcũnque Græ-
cas ciuitates, quibus ipſe rex illa-
rum

Græcos priores facere iniuriã contra fœdera, duobus exemplis oſtendit. primum eſt Byzantiorũ, ſecũdum Arthemiſiæ ac Mauſoli.

Oratores uidelicet aut Byzantios.

rum dominus in fœderibus ceſ-
ſit Græcis, & pro quibus Græci,
qui temporibus illis vixerunt,
pericula multa, & certamina ho
neſta ſuſceperunt. Quòd ſi quis
vnà cum his vtriſq; dicat: ſed re-
uera qui iſtis perſuadeant nulli
ſunt. At ego cenſeo, æquum eſſe
vt Rhodiorum populus in pa-
triam reſtitueretur. Verum & ſi
non æquum eſſet, quãdo ea quæ
faciunt iſti contemplor, nõ poſ-
ſum non dignum putare, quin
ad reducendum exhorter. Quid
ita? quia cùm omnes, ô viri Athe
nienſes, animos adiecerint ad iu-
ſtẽ agendum, vos duntaxat nol-
le tur pe ſit. Atq; adeò cum om
nes alij, quõ iniuriam faciant, me
ditentur, nos ſoli iuſta prætexen
do neminem vlciſcimur, id non
iuſticiam

Antipophora, quam propter ſe inductam in ſuæ cauſſæ commodum torquet cum ſubiectione potentioris, argumento quod καθ' ὑπόθεσιν greci uocant, latini ex fictione.

Ratio ex pari per antitheta, ſed temperata modeſtiore uerbo ne lederet, nam iuſtitiam in Athenienſibus dẽſiderans magnanimitatem eis tribuit.

iustitiam, sed fortitudinem esse puto. video enim omnes velle, vt ad præsentem potentiam, & iustorum fiat accessio. Atque istius rei exemplum, non ignotum vobis omnibus possum commemorare. Duplicia Græcis sunt fœdera cum rege, quæ nostra ciuitas, quæ nemo est qui non laudet, & quæ deinceps Lecedæmonij fecerunt, quę quidem nō probātur, Etsi in his fœderibus, nō æquæ vtrinque conditiones additæ sunt. Nam quod priuata iura attinet eorum, qui in populari statu viuunt, ipsæ leges cōmune ius, & æquabile tenuioribus & potētioribꝰ esse voluerūt: quod verō ad iura Græcorum pertinet, ij qui rerum potiuntur, iura subiectis sibi constituunt. Cum igitur

Confirmat potentiam Atheniensium græcorum iudicio de Atheniensiū Lacedæmoniorumq; fœderibus, quæ cū rege utriq; pepigerunt.

Epilogus ora

igit & statuendi quæ iusta sunt, & agendi penes vos facultas sit, quonammodo & perficiendi ista potestas in vobis sit, vestri muneris est videre. Quæ quidem erunt, si fidem feceritis, vos esse omnium libertatis communes defensores. Iure autem optimo mihi videtur difficillimum, vt ea vos, quæ vestri muneris sunt faciatis. Nam alijs quidem hominibus, aduersus præmanifestos hostes vnicum certamē est, quos si fregerint, nihil impedimento ipsis est, quin in bonis eorum dominētur: vobis verō ô viri Athenienses geminum, alterum illud commune cum alijs, alterum vobis insuper proprium, illo ipso prius & maius. Vestra siquidem interest, qui deliberatis domare eos

tionis cum enumeratione & indignatione

Indignatio qua in oratores qui contraria suadent grauē offensionem excitat. Ratio ex collatiōe popularis status cum alijs Rerū publicarum formis.

eos, quibus præcipuum fuit, quę sunt aduersa ciuitati apud vos peragere. Quando igitur nihil pro officio, istorum culpa, citra negotium fit, meritō multis in rebus soletis oberrare. Idcirco, qđ plurimi hunc popularem statū libenter amplectuntur, fortasse lucra, quæ à corruptoribus auferunt, ipsis potissimum sunt caussæ. Verumenimuero possit quispiam de vobis iure optimo criminari. Oportebat enim vos, ô viri Athenienses, eundem sensū circa Reipub. ordinem habere, quem in militari disciplina habetis. Quænam igitur ea est? Ordinis desertorem, quem tuendum dedit imperator, iure optimo ignominia notatis, & omni gubernatione Reipub. excluditis.

Conclusio rationis corruptelas sordesq; oratorum proscindens.

Remedium corruptelarū quo & populum negligentiæ παῤῥησίας coarguit & quid facto opus sit exemplo pari admonet.

Par est igitur, vt etiam eos, qui ordinem in Repub. à maioribus vestris traditum deserūt, ac Repub. ex arbitrio paucorum gubernant, consilij vestri indignos faciatis. Nunc autem eos quidē sociorum, qui vt ijsdem quibus vos, & hostes essent, & amici, sacramento se obstrinxerunt, beneuolentissimorum loco habetis: istos verō Reipub. gubernatores, quos scitis, qui propalam se hostes ciuitati professi sunt, fidelissimos esse putatis. At enim nō de quo quis accuset istos, aut alios ex vobis vituperet, difficile inuentu est: Sed quo orationis, aut actionis genere corrigat quis, quæ se non rectē nunc habent, hoc opus, hic labor est. Atqui forte non huius temporis est, de

Prærumpit παῤῥησίαμ ne auditorē offendat caussam in tempus ex arte reijciens.

 omnibus

omnibus disserere: tñ si quæ statueritis, utili quopiam opere volueritis comprobare, & alia fortasse singula commodius se habebunt. Ego igitur vestri muneris esse puto, vt hisce rebus præsenti animo succuratis: ac ea, quæ ciuitate digna sunt pagatis, apud se reputantes, auditu iucundum vobis esse, si quis & maiores vestros laudet, & præclara illorum facinora recenseat, & enumeret trophæa. Quæ quidem à maioribus vestris proposita existimate, non vt modo spectantes ea admiremini: sed vt illorum etiam virtutes qui proposuerunt, imitemini.

Peroraturus egregia maiorũ facinora hypotyposi oculis Atheniensium subijcit, hoc quasi aculeos in animis auditorum relinquens.

FINIS.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ, ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΡΟΔΙΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ ΛΟΓΟΥ.

Συνεμάχουν ἀθηναίοις ποτὲ οἱ νησιῶται, καὶ οἱ τὴν παραλίαν οἰκοῦντες, ἄχρι τοῦ βυζαντίου. ἀλλ᾽ ἀποστάντες, ἐπολέμησαν ἀθηναίοις. καὶ μηκυνομένου τοῦ πολέμου, ἠναγκάσθησαν εἰς συνθήκας ἐλθεῖν πρὸς αὐτοὺς ἀθηναῖοι, ὥστε αὐτονόμους εἶναι καὶ ἐλευθέρους. μετὰ ταῦτα βασιλέως γνώμῃ, βοηθούσης ἀρτεμισίας τῆς κατὰ τὴν ῥόδον εὐπόροις, ἐπιτίθενται τῷ δήμῳ οἱ δυνατοί. κατέφυγεν οὖν ὁ δῆμος ἐπὶ τὴν τῶν ἀθηναίων πόλιν, ἀξιῶν ὑπὲρ ἐλευθερίας. δημοσθένης παραινεῖ βοηθεῖν τῷ δήμῳ ῥοδίων. εἰ δέ τις ἄλλος ἀθηναίους ἐλύπησεν ἐν τῷ συμμαχικῷ πολέμῳ, καὶ τὴν ἀπόστασιν εἰργάσατο μᾶλλον πέφηνεν ὁ ῥοδίων δῆμος. διόπερ πρὸς αὐτοὺς ἔοικε χαλεπαίνειν ἐξαιρέτως ἡ πόλις. χαλεπὸς οὖν ὁ λόγος τῷ συμβούλῳ, λέγοντι ὑπὲρ ἀνδρῶν ἀφεστηκότων καὶ λελυπηκότων πολλὰ τὴν πόλιν. καὶ οὐ τοῦτο μόνον λυπεῖ τὸν δημηγόρον, ἀλλὰ καὶ ὁ παρὰ τοῦ βασιλέως φόβος. δοκεῖ γὰρ οὐ μικρὸν, οὐδὲ ἀκίνδυνον εἶναι, τὸ προσκρούειν βασιλεῖ, σχεδὸν κατειληφότι τὴν νῆσον διὰ

τῶν εὐπόρων. πρὸς ἑκάτερον οὖν τούτων, ἀν-
τέθηκεν ἰσχυρότατα δύο. πρὸς μὲν τὴν τῶν
Ῥοδίων ἀπιστίαν, τὴν μεγαλοφροσύνην τῆς
πόλεως, καὶ τὸ σύνηθες εἶναι βοηθεῖν τοῖς
ἀδικουμένοις τῶν ἑλλήνων. διότι πάντες εἰς
αὐτοὺς ἀποβλέψουσιν, εἰ τοῦτο ποιήσειαν.
πρὸς δὲ τὸν παρὰ βασιλέως φόβον, τὸ δί-
καιον καὶ τὸ δυνατὸν ἀντέθηκε. καὶ τρίτον, τὸ
συμφέρον. δυνατὸν μὲν, ὅτι κακῶς πράττον-
τος βασιλέως περὶ τὴν αἴγυπτον, καὶ ἡττω-
μένου, οὔτε ἀρτεμισία βοηθήσει τοῖς ὀλι-
γαρχοῦσι Ῥοδίων, οὔτε αὐτὸς βασιλεύς. δί-
καιον δὲ, ὅτι οὐκ ἂν μεταποιήσαιτο βασι-
λεὺς τῶν μὴ προσηκόντων αὐτῷ. ἕλληνές τε
γάρ εἰσι Ῥόδιοι, καὶ μεμερισμένοι τῆς βασιλέ-
ως ἀρχῆς. τὸ συμφέρον δὲ, ὅτι οὐδὲ περιορᾶν
δέοι, κἂν μεταποιῆται βασιλεὺς τῶν Ῥοδί-
ων· σύμβολον γάρ ἐστι τὸ γιγνόμενον,
τὸ μὴ μόνον Ῥοδίων ἐπιθυ-
μεῖν ἐκεῖνον, ἀλλὰ καὶ
πάντων ἑλλή-
νων.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ Ο ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΡΟΔΙΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ ΛΟΓΟΣ.

Οἶμαι δεῖν ὑμᾶς ὦ ἄν-
δρες ἀθηναῖοι. περὶ τη-
λικούτων βουλευομέ-
νους, διδόναι παρρησίαν
ἑκάστῳ τῶν συμβουλευόν-
των. ἐγὼ δ᾽ οὐδὲ πώποτε
ἡγησάμην χαλεπὸν δι-
δάξαι τὰ βέλτιστα ὑμᾶς, ὡς γὰρ εἰπεῖν ἁπλῶς
ἅπαντες ἐγνωκότες ὑπάρχειν μοι δοκεῖτε, ἀλ
λὰ τὸ πράττειν πεῖσαι ταῦτα. ἐπειδὰν γάρ
τι δόξῃ, καὶ ψηφισθῇ, τοσοῦτον τοῦ πραχθῆναι
ἀπέχει, ὅσον περ πρὶν δόξαι. ἔστι μὲν οὖν ἓν ὧν
ἐγὼ νομίζω χάριν ὑμᾶς τοῖς θεοῖς ὀφείλειν, τὸ,
τοὺς διὰ τὴν αὑτῶν ὕβριν ὑμῖν πολεμήσαν-
τας οὐ πάλαι, νῦν ἐν ὑμῖν μόνοις τῆς αὑτῶν
σωτηρίας ἔχειν τὰς ἐλπίδας. ἄξιον δ᾽ ἡσθῆναι
τῷ παρόντι καιρῷ. συμβήσεται γὰρ ὑμῖν
ἐὰν ἃ χρὴ βουλεύσησθε ὑπὲρ αὐτοῦ, τὰς παρὰ
τῶν διαβαλλόντων τὴν πόλιν ἡμῶν βλασ-
φημίας, ἔργῳ μετὰ δόξης καλῆς ἀπολύσα-
σθαι. ᾐτιάσαντο μὲν γὰρ ἡμᾶς ἐπιβουλεύειν αὐ-
τοῖς, χῖοι, καὶ βυζάντιοι, καὶ ῥόδιοι. καὶ διὰ ταῦτα

 συνέ-

συνέστησαν ἐφ' ἡμᾶς, τὸν τελευταῖον τοῦτον πόλεμον. φανήσεται γὰρ, ὁ μὲν πρυτανεύσας ταῦτα καὶ πείσας μαύσωλος, φίλος εἶναι φάσκων ῥοδίων, τὴν ἐλευθερίαν αὐτῶν ἀφῃρημένος. οἱ δ' ἀποδείξαντες αὐτοὺς συμμάχους, χῖοι, καὶ βυζάντιοι, τοῖς ἀτυχήμασιν αὐτῶν οὐ βεβοηθηκότες. ὑμεῖς δ' οὓς ἐφοβοῦντο, μόνοι τῶν πάντων τῆς σωτηρίας αὐτοῖς αἴτιοι. ἐκ δὲ τοῦ ταῦτα ὑπὸ πάντων ὀφθῆναι, ποιήσετε τοὺς πολλοὺς ἐν ἁπάσαις ταῖς πόλεσι τοῦτ' ἡγεῖσθαι σύμβολον τῆς αὑτῶν σωτηρίας, ἐὰν ὑμῖν ὦσι φίλοι, οὗ μεῖζον οὐδὲν ἂν ὑμῖν γένοιτο ἀγαθὸν, ἢ παρὰ πάντων ἑκόντων ἀνυπόπτου τυχεῖν εὐνοίας. θαυμάζω δ' ὁρῶν τοὺς αὐτοὺς ὑπὲρ μὲν αἰγυπτίων τἀναντία πράττειν βασιλεῖ τὴν πόλιν πείθοντας, ὑπὲρ δὲ τοῦ ῥοδίων δήμου φοβουμένους τὸν αὐτὸν ἄνδρα τοῦτον. καίτοι τοὺς μὲν ἕλληνας ὄντας ἅπαντες ἴσασι, τοὺς δ', ἐν τῇ ἀρχῇ τῇ ἐκείνου μεμερισμένους. οἶμαι δ' ὑμῶν μνημονεύειν ἐνίους, ὅτε ἡνίκα ἐβουλεύεσθε περὶ τῶν βασιλικῶν, παρελθὼν ἐγὼ πρῶτος παρῄνεσα, οἶμαι δὲ καὶ μόνος, ἢ δεύτερος εἶπον, ὅτι μοι σωφρονεῖν ἂν δοκοῖτε, εἰ τὴν πρόφασιν τῆς παρασκευῆς, μὴ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἔχθραν ποιοῖσθε, ἀλλὰ παρασκευάζοισθε μὲν πρὸς τοὺς ὑπάρχοντας ἐχθρούς, ἀμύνοισθε δὲ κἀκεῖνον, ἐὰν ὑμᾶς ἀδικεῖν ἐπιχειρῇ. καὶ οὐκ ἐγὼ μὲν ταῦτα εἶπον, ὑμῖν δ' οὐκ ἐδόκουν ὀρθῶς

ὀρθῶς λέγειν, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν ἤρεσκε ταῦτα. ἀκόλουθος τοίνυν λόγος ἐστί μοι τῷ τότε ῥηθέντι. ἐγὼ γὰρ εἰ βασιλεὺς παρ' αὐτὸν ὄντα με σύμβουλον ποιοῖτο, ταῦτ' ἂν αὐτῷ παραινέσαιμι ἅπερ ὑμῖν. ὑπὲρ μὲν τῶν ἑαυτοῦ πολεμεῖν, ἐάν τις ἐναντιῶται τῶν ἑλλήνων. ὧν δὲ μηδὲν αὐτῷ προσήκει, τούτων μηδ' ἀντιποιεῖσθαι τὴν ἀρχήν. εἰ μὲν οὖν ὅλως ἐγνώκατε ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, ὅσων ἂν βασιλεὺς ἐγκρατὴς γένηται, φθάσας καὶ παρακρουσάμενός τινας τῶν ἐν ταῖς πόλεσι παραχωρεῖν, οὐ καλῶς ἐγνώκατε ὡς ἐγὼ κρίνω. εἰ δ' ὑπέρ γε τῶν δικαίων, καὶ πολεμεῖν ἂν τούτου δέῃ, καὶ πάσχειν ὁτιοῦν ἂν οἴεσθε χρῆναι, πρῶτον μὲν ὑμῖν ἧττον δεήσει τοῦτο, ὅσῳ μᾶλλον ἂν ἐγνωκότες ἦτε ταῦτα, ἔπειθ' ἃ προσήκει φρονεῖν δόξετε. ὅτι δ' οὐδὲν καινὸν οὔτ' ἐγὼ λέγω νῦν κελεύων ῥοδίους ἐλευθεροῦν, οὔθ' ὑμεῖς ἂν πεισθῆτέ μοι, ποιήσετε, τῶν γεγενημένων ὑμᾶς τι καὶ τῶν συνενηνοχότων, ὑπομνήσω. ὑμεῖς ἐξεπέμψατέ ποτε τιμόθεον ποτὲ ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, βοηθήσοντα ἀριοβαρζάνῃ, προσγράψαντες τῷ ψηφίσματι, μὴ λύοντα τὰς σπονδὰς τὰς πρὸς βασιλέα. ἰδὼν δ' ἐκεῖνος, τὸν μὲν ἀριοβαρζάνην φανερῶς ἀφεστῶτα τοῦ βασιλέως, σάμον δὲ φρουρουμένην ὑπὸ κυπροθέμιδος, ὃν κατέστησε τιγράνης ὁ βασιλέως ὕπαρχος, τῷ μὲν, ἀπέγνω μὴ βοηθεῖν, τὴν δὲ, προσκαθεζόμενος καὶ βοηθήσας, ἠλευθέρωσε. καὶ μέχρι τοῦ τήμερον ἡμέρας,

ἡμέρας, οὗ γέγονε πόλεμος διὰ ταῦθ' ὑμῖν.
οὐ γὰρ ὁμοίως οὐδεὶς ὑπέρ τε τοῦ πλεονεκτεῖν
πολεμήσειεν ἄν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῦ. ἀλλ' ὑπὲρ
μὲν ὧν ἐλαττοῦνται, μέχρι τοῦ δυνατοῦ πάντες
πολεμοῦσιν. ὑπὲρ δὲ τοῦ πλεονεκτεῖν, οὐχ οὕτως
ἀλλ' ἐφίενται μέν. ἐάν τις ἐᾷ. ἐὰν δὲ κωλυθῶ-
σιν, οὐδὲν ἠδικηκέναι τοὺς ἐναντιωθέντας αὐ-
τοῖς ἡγοῦνται. ὅτι δ' οὐδ' ἐναντιωθῆναι μοι δο-
κεῖ τῇ πράξει ταύτῃ νῦν Ἀρτεμισία, τῆς πόλε-
ως οὔσης ἐπὶ τῶν πραγμάτων, μικρὰ ἀκούσαν-
τες σκοπεῖτε, εἴτε ὀρθῶς ἐγὼ λογίζομαι ταῦ-
τα, εἴτε καὶ μή. ἐγὼ νομίζω, πράττοντος μὲν ἐν
Αἰγύπτῳ πάντα, ὅσα ὥρμηκε, βασιλέως, σφό-
δρα ἂν Ἀρτεμισίαν πειραθῆναι περιποιῆσαι
Ῥόδον αὐτῷ. οὐ τῇ βασιλέως εὐνοίᾳ, ἀλλὰ
τῷ βούλεσθαι πλησίον αὐτῆς διατρίβοντος
ἐκείνου, μεγάλην εὐεργεσίαν καταθέσθαι πρὸς
αὐτόν, ἵν' ὡς οἰκειότατ' αὐτὴν ἀποδέχοιτο. πρά-
ττοντος δ' ὡς λέγεται, καὶ διημαρτηκότος, οἷς ἐπε-
χείρησεν, ἡγεῖσθαι τὴν νῆσον ταύτην, ὅπερ ἐ-
στὶν ἄλλο μὲν οὐδὲν εἶναι βασιλεῖ χρησίμην
ἐν τῷ παρόντι, τῆς δ' αὐτοῦ ἀρχῆς ἐπιτείχισμα
πρὸς τὸ μηδοτιοῦν προκινεῖν. ὥστε μοι δοκεῖ,
μᾶλλον ἂν ὑμᾶς ἔχειν μὴ φανερῶς αὐτῆς
ἐνδούσης, ἢ ἐκεῖνον λαβεῖν βούλεσθαι. οἶμαι μὲν
οὖν οὐδὲ βοηθήσειν αὐτήν. ἂν δ' ἄρα τοῦτο ποιῇ,
φαύλως καὶ κακῶς. ἐπεὶ καὶ βασιλέα ὅ,τι μὲν
ποτε ποιήσει, μὰ δί' οὐκ ἂν εἴποιμι ἔγωγε, ὡς
οἶδα. ὅτι μέντοι συμφέρει τῇ πόλει δῆλον
ἤδη

ἤδη γενέσθαι, πότερα ἀντιποιήσεται τῆς πόλεως
τῆς Ῥοδίων, ἢ οὔ, ταῦτα ἂν ἰσχυρισαίμην. οὐ
γὰρ, ὑπὲρ Ῥοδίων βουλευτέον, ἂν ἀντιποιῆται,
μόνον, ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν καὶ πάντων
τῶν Ἑλλήνων, οὐ μήν, οὐδ' ἂν εἰ δι' αὐτῶν εἶ-
χον τὴν πόλιν οἱ νῦν ὄντες ἐν αὐτῇ Ῥόδιοι, πα-
ρήνεσα ἂν ὑμῖν τούτους ἑλέσθαι, οὐδ' εἰ πάντα
ὑπισχνοῦντο ὑμῖν ποιήσειν. ὁρῶ γὰρ αὐτοὺς τὸ
μὲν πρῶτον, ὅπως καταλύσωσι τὸν δῆμον,
προσλαβόντας τινὰς τῶν πολιτῶν, ἐπειδὴ δὲ
τοῦτ' ἔπραξαν, πάλιν ἐκβαλόντας τούτους.
τοὺς οὖν μηδετέροις πιστῶς κεχρημένους, οὐδ'
ἂν ὑμῖν βεβαίους ἡγοῦμαι γενέσθαι συμμά-
χους. καὶ ταῦτα, οὐδὲ πώποτ' εἶπον ἄν, εἰ τῷ Ῥο-
δίων δήμῳ μόνον ἡγούμην συμφέρειν. οὔτε
γὰρ πρόξενος τῶν ἀνδρῶν, οὔτε ἰδιόξενος αὐ-
τῶν οὐδείς ἐστί μοι. οὐ μήν, οὐδ' εἰ ταῦτα ἀμ-
φότερα ἦν, εἰ μὴ συμφέρειν ὑμῖν ἡγούμην,
εἶπον ἄν. ἐπεὶ Ῥοδίοις γε, εἰ οἷόν τε τοῦτ' εἰ-
πεῖν τῷ συναγορεύοντι τῇ σωτηρίᾳ αὐτῶν, συγ-
χαίρω τῶν γεγενημένων. ὅτι τοῦ κομίσασθαι
τὰ ἡμέτερ' ὑμῖν φθονήσαντες, τὴν αὑτῶν ἐλευ-
θερίαν ἀπολωλέκασι. καὶ παρὸν αὐτοῖς Ἕλλησι
καὶ βελτίοσιν ὑμῖν αὐτῶν ἐξ ἴσου συμ-
μαχεῖν, βαρβάροις καὶ δούλοις, οὓς εἰς
τὰς ἀκροπόλεις παρεῖνται, δουλεύουσιν. ὀλί-
γου δὲ δέω λέγειν, ἂν ὑμεῖς αὐτοῖς ἐθελήσητε
βοηθῆσαι, ὡς καὶ συνενήνοχε ταῦτ' αὐτοῖς.

εὖ μὲν γὰρ πράττοντες, οὐκ οἶδ' εἴ ποτ' εὖ φρονῆσαι ἠθελήσατ' ἄν, ὄντες Ῥόδιοι. ἐγὼ δὲ πειραθέντες καὶ διδαχθέντες, ὅτι πολλῶν κακῶν ἡ ἄνοια πολλοῖς αἰτία γίγνεται, τάχ' ἂν, εἰ τύχοιεν, σωφρονέστεροι πρὸς τὸν λοιπὸν χρόνον γένοιντο. τοῦτο δ', οὐ μικρὸν αὐτοῖς ὠφέλημα ἡγοῦμαι. φημὶ δὲ χρῆναι πειρᾶσθαι σώζειν τοὺς ἄνδρας, καὶ μὴ μνησικακεῖν, ἐνθυμουμένους, ὅτι πολλὰ καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἐπιβουλευσάντων ἐξηπάτησθε, ὧν οὐδενὸς αὐτοὶ δίκην δοῦναι δίκαιον ἂν εἶναι φήσαιτε. ὁρᾶτε δὲ κἀκεῖνο ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι πολλοὺς ὑμεῖς πεπολεμήκατε πολέμους, καὶ πρὸς δημοκρατίας, καὶ πρὸς ὀλιγαρχίας. καὶ τοῦτο ἴστε μὲν καὶ αὐτοί. ἀλλ' ὑπὲρ ὧν πρὸς ἑκατέρους ἐσθ' ὑμῖν ὁ πόλεμος, τοῦτ' ἴσως ὑμῶν οὐδεὶς λογίζεται. ὑπὲρ τίνων οὖν ἐστί; πρὸς μὲν τοὺς δήμους, ἢ περὶ τῶν ἰδίων ἐγκλημάτων, οὐ δυνηθέντων δημοσίᾳ διαλύσασθαι ταῦτα, ἢ περὶ γῆς μέρους, ἢ ὅρων, ἢ φιλοτιμίας, ἢ τῆς ἡγεμονίας. πρὸς δὲ τὰς ὀλιγαρχίας, ὑπὲρ μὲν τούτων, οὐδενός. ὑπὲρ δὲ τῆς πολιτείας, καὶ τῆς ἐλευθερίας. ὥστε ἔγωγε, οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι εἰπεῖν, μᾶλλον ἡγεῖσθαι συμφέρειν δημοκρατουμένους τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας πολεμεῖν ἡμῖν, ἢ ὀλιγαρχουμένους, φίλους εἶναι. πρὸς μὲν γὰρ ἐλευθέρους ὄντας, οὐ χαλεπῶς ἂν ὑμᾶς εἰρήνην ποιήσασθαι νομίζω ὁπότε βουληθείητε. πρὸς δὲ τοὺς ὀλιγαρχουμένους, οὐδὲ τὴν φιλίαν ἀσφαλῆ

νομίζω.

νομίζω. οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως ὀλίγοι πολλοῖς καὶ ζητοῦντες ἄρχειν, τοῖς μετ' ἰσηγορίας ζῆν ᾑρημένοις, εὖνοι γένοιντ' ἄν. θαυμάζω δ' εἰ μηδεὶς ὑμῶν ἡγεῖται, Χίων ὀλιγαρχουμένων, καὶ Μυτιληναίων, καὶ νυνὶ Ῥοδίων, καὶ πάντων ἀνθρώπων ὀλίγου δέω λέγειν, εἰς ταύτην τὴν δουλείαν ὑπαγομένων, συγκινδυνεύειν τι τὴν παρ' ὑμῖν πολιτείαν, μηδὲ λογίζεται τοῦθ' ὅτι οὐκ ἔστιν ὅπως, εἰ δι' ὀλιγαρχίας ἅπαντα συστήσεται, τὸν παρ' ὑμῖν δῆμον ἐάσουσιν. ἴσασι γὰρ οὐδένας ἄλλους πάλιν εἰς ἐλευθερίαν τὰ πράγματ' ἂν ἐπανάξοντας. ὅθεν δή, κακόν αὑτοῖς ἄν τι γενέσθαι προσδοκῶσι, τούτους ἀνελεῖν βουλήσονται. τοὺς μὲν οὖν ἄλλους τοὺς ἀδικοῦντάς τινας, αὐτῶν τῶν κακῶς πεπονθότων, ἐχθροὺς ἡγεῖσθαι χρή. τοὺς δὲ τὰς πολιτείας καταλύοντας, καὶ μεθιστάντας εἰς ὀλιγαρχίαν, κοινοὺς ἐχθροὺς παραινῶ νομίζειν, πάντων τῶν ἐλευθερίας ἐπιθυμούντων. ἔπειτα καὶ δίκαιον ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι δημοκρατουμένους αὐτούς, τοιαῦτα φρονοῦντας φαίνεσθαι περὶ τῶν ἀτυχούντων δήμων, οἷα τοὺς ἄλλους ἀξιώσετε φρονεῖν περὶ ὑμῶν, εἴ ποτε, ὃ μὴ γένοιτο, τοιοῦτό τι συμβαίη. καὶ γὰρ, εἰ δίκαιά τις ἂν φήσειε Ῥοδίους πεπονθέναι, οὐκ ἐπιτήδειος ὁ καιρὸς ἐφησθῆναι. δεῖ γὰρ τοὺς εὐτυχοῦντας, περὶ τῶν εὐτυχούντων ἀεὶ φαίνεσθαι βουλευομένους τὰ βέλτιστα, ἐπειδήπερ ἄδηλον τὸ μέλλον ἅπασιν ἀνθρώποις. ἀκούω δ' ἔγωγε πολλάκις ἐνθαυθοῖ παρ' ὑμῖν

τινῶν λεγόντων

ὡς ὅτε ἠτύχησεν ἡ πόλις ἡμῶν, συνεβουλεύθη-
σάν τινες αὐτὴν σωθῆναι, ὧν ἐγὼ, μόνων ἀρ-
γείων ἐν τῷ παρόντι μνησθήσομαι βραχύ. οὐ
γὰρ ἂν ἡμᾶς βουλοίμην δόξαν ἔχοντας τοῦ σώ-
ζειν τοὺς ἀτυχήσαντας ἀεὶ, χείρους ἀργείων
ἐν ταύτῃ τῇ πράξει φανῆναι. οἳ χώραν ὁμό-
ρον τῇ λακεδαιμονίων οἰκοῦντες, ὁρῶντες ἐ-
κείνους, γῆς καὶ θαλάττης ἄρχοντας, οὐκ ἀπώ-
κνησαν, οὐδ᾽ ἐφοβήθησαν εὐνοϊκῶς ὑμῖν ἔχοντες
φανῆναι. ἀλλὰ καὶ πρέσβεις ἐλθόντας ἐκ λα-
κεδαίμονος ὥς φασιν ἐξαιτήσοντάς τι-
νας τῶν φυγάδων τῶν ὑμετέρων, ἐψηφίσαν-
το, ἐὰν μὴ πρὸ ἡλίου δύνοντος ἀπαλλάττων-
ται, πολεμίους κρίνειν. εἶτα οὐκ αἰσχρὸν ὦ ἄνδρες
ἀθηναῖοι, εἰ τὸ μὲν ἀργείων πλῆθος οὐκ ἐφοβή-
θη τὴν λακεδαιμονίων ἀρχὴν ἐν ἐκείνοις τοῖς
καιροῖς, οὐδὲ τὴν ῥώμην, ὑμεῖς δ᾽ ὄντες ἀθη-
ναῖοι, βάρβαρον ἄνθρωπον, καὶ ταῦτα γυναῖκα
φοβηθήσεσθε, καὶ μὴν, οἱ μὲν, ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν ὅτι
πολλάκις ἥττηνται ὑπὸ λακεδαιμονίων. ὑ-
μεῖς δὲ νενικήκατε μὲν πολλάκις βασιλέα, ἥττησθε δ᾽
οὐδὲ ἅπαξ, οὔτε τῶν δούλων τῶν βασιλέως, οὔτ᾽ αὐ-
τοῦ ἐκείνου. εἰ γάρ τί που, καὶ κεκράτηκε πόλεως βασι-
λεὺς, ἢ τοὺς πονηροτάτους τῶν ἑλλήνων καὶ προ-
δότας αὐτῶν χρήμασι πείσας, ἢ οὐδαμῶς ἄλ-
λως κεκράτηκε. καὶ οὐδὲ τοῦτ᾽ αὐτῷ συνενήνο-
χεν, ἀλλὰ μὴν, εὑρήσετε αὐτὸν, τήν τε πόλιν
λακεδαιμονίων ἀσθενῆ ποιήσαντα, καὶ περὶ
τῆς αὑτοῦ βασιλείας κινδυνεύσαντα πρὸς κλέ-
αρχον

αρχον, καὶ κῦρον. οὔτ᾽ οὖν ἐκ τοῦ φανεροῦ κεκρά-
τηκεν, οὔτ᾽ ἐπιβουλεῦσαι συνενήνοχεν αὐτῷ.
ὁρῶ δ᾽ ὑμῶν ἐνίους, φιλίππου μὲν ὡς ἄρα οὐδε-
νὸς ἀξίου, πολλάκις ὀλιγωροῦντας, βασιλέα
δ᾽ ὡς ἰσχυρὸν ἐχθρὸν, οἷς ἂν προέληται, φοβου-
μένους. εἰ δὲ τὸν μὲν, ὡς φαῦλον οὐκ ἀμυνούμε-
θα, τῷ δ᾽ ὡς φοβερῷ πάνθ᾽ ὑπείξομεν, πρὸς
τίνας ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι παραταξόμεθα; εἰσὶ δὲ
τινὲς οἱ παρ᾽ ἡμῖν δεινότατοι τὰ δίκαια λέγειν
ὑπὲρ τῶν ἄλλων πρὸς ὑμᾶς. οἷς παραινέσαι-
μ᾽ ἂν ἔγωγε τοσοῦτον μόνον ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς
τοὺς ἄλλους ζητεῖν τὰ δίκαια λέγειν, ἵν᾽ αὐ-
τοὶ τὰ προσήκοντα πρῶτοι φαίνωνται ποιοῦν-
τες. ὡς ἔστιν ἄτοπον περὶ τῶν δικαίων ὑμᾶς δι-
δάσκειν αὐτὸν, οὐ δίκαια ποιοῦντα. οὐ γάρ ἐστι
δίκαιον ὄντα πολίτην, τοὺς καθ᾽ ὑμῶν λό-
γους, ἀλλὰ μὴ τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ἐσκέφθαι. φέ-
ρε γὰρ πρὸς θεῶν σκοπεῖτε, τί δή ποτε ἐν βυ-
ζαντίῳ οὐδείς ἐστιν ὁ διδάσκων ἐκείνους, μὴ
καταλαμβάνειν χαλκηδόνα, ἣ βασιλέως
μέν ἐστιν, εἴχετε δ᾽ ὑμεῖς αὐτὴν, ἐκείνοις δ᾽ οὐ-
δαμόθεν προσήκει. μηδὲ συλυμβρίαν πόλιν
ὑμετέραν ποτὲ σύμμαχον οὖσαν, ὡς αὑτοὺς
συντελῆ ποιεῖν, καὶ βυζαντίους ὁρίζειν τὴν τού-
των χώραν παρὰ τοὺς ὅρκους, καὶ τὰς συνθή-
κας, ἐν αἷς αὐτονόμους εἶναι γέγραπται, οὐ-
δὲ μαυσώλου ζῶντος, οὐδὲ τελευτήσαντος ἐ-
κείνου, τὴν ἀρτεμισίαν οὐδείς ἐσθ᾽ ὁ διδάσκων,
μὴ καταλαμβάνειν κῶν, καὶ ῥόδον, καὶ ἄλ-

 λας

ἃς πόλεις ἑτέρας ἑλληνίδας, ὧν καὶ βασι-
λεὺς ὁ ἐκείνων δεσπότης ἐν ταῖς συνθήκαις
ἀπέστη τοῖς ἕλλησι, καὶ περὶ ὧν πολλοὺς κιν-
δύνους, καὶ καλοὺς ἀγῶνας οἱ κατ' ἐκείνους
τοὺς χρόνους ἕλληνες ἐποιήσαντο. εἰ δ' ἄρα καὶ
λέγει τις ἀμφοτέροις αὐτοῖς, ἀλλ' ὅγε πει-
σόμενοι τούτοις ὡς ἔοικεν οὐκ εἰσίν. ἐγὼ δὲ δί-
καιον μὲν εἶναι νομίζω κατάγειν τὸν ῥοδίων
δῆμον. οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ εἰ μὴ δίκαιον νῦν
ὅταν εἰς ἃ ποιοῦσιν οὗτοι βλέψω, προσήκειν οἶ-
μαι παραινέσαι κατάγειν. διατί; ὅτι πάν-
των μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τὰ δίκαια ποιεῖν
ὡρμηκότων, αἰσχρὸν ὑμᾶς μόνους μὴ ἐθέλειν
ἁπάντων δὲ τῶν ἄλλων ὅπως ἀδικεῖν δυνή-
σονται παρασκευαζομένων, μόνους ἡμᾶς
τὰ δίκαια προτείνεσθαι μηδενὸς ἀντιλαμ-
βανομένους, οὐ δικαιοσύνην, ἀλλ' ἀνδρί-
αν ἡγοῦμαι. ὁρῶ γὰρ ἅπαντας πρὸς τὴν πα-
ροῦσαν δύναμιν καὶ τῶν δικαίων ἀξιουμένους
καὶ παράδειγμα τούτου λέγειν ἔχω πᾶσιν ὑ-
μῖν γνώριμον. εἰσὶ συνθῆκαι διτταὶ τοῖς ἕλλη-
σι πρὸς βασιλέα, ἃς ἐποιήσατο ἡ πόλις ἡ
ἡμετέρα, ἃς ἅπαντες ἐγκωμιάζουσι, καὶ με-
τὰ ταῦτα ὕστερον λακεδαιμόνιοι, ταύτας
ὧν δὴ κατηγοροῦσι. κἀνταύταις, οὐχὶ ταυτὰ
δίκαια ἀμφοτέροις ὥρισται. τῶν μὲν γὰρ ἰδί-
ων δικαίων τῶν ἐν ταῖς πολιτείαις, οἱ νόμοι
κοινὴν τὴν μετουσίαν ἔδοσαν καὶ ἴσην, καὶ τοῖς
ἀσθενέσι, καὶ τοῖς ἰσχυροῖς. τῶν δ' ἑλληνικῶν δι-
καίων

καίων, οἱ κρατοῦντες, ὁρισταὶ τοῖς ἥττοσι γίνον-
ται. ἐπειδὴ τοίνυν ὑμῖν ἐγνωκέναι τὰ δίκαια
καὶ ποιεῖν ὑπάρχει, ὅπως καὶ πρᾶξαι ταῦτα ἐφ'
ὑμῖν ἔσται, δεῖ σκοπεῖν. ἔσται δὲ ταῦτα, ἐὰν ὑ-
πολειφθῆτε κοινοὶ προστάται τῆς πάντων ἐλευ-
θερίας εἶναι. εἰκότως δέ μοι δοκεῖ χαλεπώ-
τατον ὑμῖν εἶναι πρᾶξαι τὰ δέοντα. τοῖς μὲν
γὰρ ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις, εἷς ἀγών ἐστιν ὁ
πρὸς τοὺς προδήλους ἐχθρούς. ὧν ἐὰν κρατή-
σωσιν, οὐδὲν ἐμποδὼν αὐτοῖς κυρίοις τῶν ἀγα-
θῶν εἶναι. ὑμῖν δὲ ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, δύο. οὗ-
τός τε ὁ καὶ τοῖς ἄλλοις, καὶ πρόσεστιν ἕτε-
ρος τούτου πρότερος καὶ μείζων. δεῖ γὰρ ὑμᾶς
βουλευομένους κρατῆσαι τῶν τἀναντία τῇ πό-
λει παρ' ὑμῖν πράττειν προῃρημένων. ὅταν οὖν
μηδὲν ᾖ διὰ τούτους ἀκονιτὶ τῶν δεόντων γενέ-
σθαι, πολλῶν διαμαρτάνειν ὑμᾶς εἰκότως
συμβαίνει. τοῦ μέντοι πολλοὺς ἀδεῶς ταύτην
τὴν τάξιν αἱρεῖσθαι τῆς πολιτείας, ἴσως μὲν
αἱ παρὰ τῶν μισθοδοτῶν αὐτοῖς ὠφέλειαι μά-
λιστ' αἴτιαι. οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς ἄντις ἔχοι
δικαίως αἰτιᾶσθαι. ἐχρῆν γὰρ ὦ ἄνδρες ἀθηναῖ-
οι, τὴν αὐτὴν ἔχειν διάνοιαν ὑμᾶς περὶ τῆς
ἐν τῇ πολιτείᾳ τάξεως, ἥνπερ περὶ τῆς ἐν στρα-
τείᾳ τάξεως ἔχετε. τίς οὖν ἐστὶν αὕτη; ὑμεῖς
τὸν λείποντα τὴν ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ τάξιν
ταχθεῖσαν, ἄτιμον οἴεσθε προσήκειν εἶναι,
καὶ μηδενὸς τῶν κοινῶν μετέχειν. χρὴ τοίνυν
καὶ τοὺς τὴν ὑπὸ τῶν προγόνων τάξιν ἐν τῇ
πολι-

πολιτείᾳ παραδεδομένην λιπόντας, καὶ πολι=
τευομένους ὀλιγαρχικῶς, ἀτίμους τοῦ συμβου=
λεύειν ὑμῖν αὐτοῖς ποιεῖσθαι. νῦν δὲ τῶν μὲν
συμμάχων τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους
ὑμῖν ὀμωμοκότας, νομίζετε εὐνουστάτους,
τῶν δὲ πολιτευομένων οὓς ἴστε, σαφῶς τῆς πό=
λεως ἐχθροὺς ᾑρημένους, τούτους πιστοτά=
τους ἡγεῖσθε. ἀλλὰ γὰρ οὐχ ὅ,τι τίς κατηγο=
ρήσει τούτων, ἢ τίς ἄλλοις ὑμῖν ἐπιπλήξει, χα=
λεπὸν εὑρεῖν. ἀλλ' ἀφ' ὁποίων λόγων, ἢ ποίας
πράξεως ἐπανορθώσεταί τις ἃ νῦν οὐκ ὀρθῶς
ἔχει, τοῦτ' ἔργον εὑρεῖν. ἴσως μὲν οὖν οὐδὲ τοῦ
παρόντος καιροῦ περὶ πάντων λέγειν. ἀλλ'
ἐὰν ἃ προῄρησθε, δύνησθε ἐπικυρῶσαι συμφε=
ρούσῃ τινὶ πράξει, καὶ τἄλλ' ἂν ἴσως καθ' ἓν ἂν
βέλτιον χοίη. ἐγὼ μὲν οὖν οἶμαι δεῖν ὑμᾶς,
ἀντιλαμβάνεσθαι τούτων τῶν πραγμάτων
ἐρρωμένως, καὶ πράττειν ἄξια τῆς πόλεως. ἐν=
θυμουμένους, ὅτι χαίρετε ἀκούοντες, ὅταν τις
ἐπαινῇ τοὺς προγόνους ὑμῶν, καὶ τὰ πεπραγ=
μένα ἐκείνοις διεξίῃ, καὶ τὰ τρόπαια λέγῃ.
νομίζετε τοίνυν ταῦτα ἀναθεῖναι τοὺς προ=
γόνους ὑμῶν, οὐχ ἵνα θαυμάζητε ταῦτα θεω=
ροῦντες μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ μιμῆσ=
θε τὰς τῶν ἀναθέντων ἀρε=
τάς.

ΤΕΛΟΣ.

SIMON MARICIUS PILSNENSIS, iuueni bonarum literarum candidato, lectori auditoriq; suo. S. P. D.

IMperator ille præclarus lacedæmoniorum Lysander, cum stipendium militi suo, Cyri liberalitate adauxisset, longè cum & alacriorem quàm antè & promptiorē adeò reddiderat, ut in quęuis pericula imperatoris sui ductu libēs præcepsq; ferretur. Nec mirum, nam ad labores strenuè perferendos & ad pericula nauiter adeunda, fortißimum calcar, merces est. Num Apelles pictor & Aristoteles philosophus, tanto cū studio, alacritate, uoluptate, animiq; celeritate, in suis artib9 tāta cū admiratione omniū uersarētur? ni Alexādrū Macedonē, cuius dominatu unius omnia ferē tenebantur, & studiosum sui & admiratorem habuissent? Paucos quidē extulit Rhomana Respub. imperij domicilium, nō indignos nomine oratorū, at multò fortasse uidisset pautiores, ni tot tātaq; præmia uel ad gratiam uel ad opes uel ad dignitatem, proposuisset. Neq; Græcia tot philosophos iactaret, si paruam eruditionis rationem habuisset.

E

set. Atq; adeo pleræq; nationes nostra ætate, uix dum iugum barbarici, quæ totum penè orbem inuaserat, à suis ceruicibus depulissent, ni adolescētum ingenia, literarum gustu ueluti inescata pellectaq;, in incepto semel munere ampla spe præmijsq; honestis detinerent. Ac utinam & regni nostri Sarmatici proceribus, quorū interest omni honesta ratione Rempub. tueri & augere, aliquando in mentem id ueniat, ut iuuentutem Polonam, cuiuis profectò generi studiorum non ineptam, honestis quibusq; præmijs, tanq̃ stimulis, ad uirtutis & literarum amorem excitarent accēderentq;, breui tempore profectò aliam regni nostri faciem uideremus. Etenī facesseret hinc cū adductis supercilijs barbaries, in q; eius locū subijret, cū suo illo splēdido choro Musarum, honesta humanitas, quam appellant Græci παιδείαν, suus uirtuti honos daretur, iustæ & debitæ pœnæ uitio soluerentur, inerti ignauiæ nulla merces, industriæ ac solertiæ magna gratia haberetur. At nunc turpe dictu, plures sunt, qui profugi ex castris humanitatis, barbariei, inertiæq; nomina dant, nam hæc fœda quamuis sit, stipendia tamen honesta militi suo proponit, opes, honores, dignitates, humanitatis castra hijs penè omnibus destituta sunt. Quis uerò est tam benè institutus, qui non opulentiam cum honestate coniunctam, egestati: amplam spem, tenui: uberem militiam, castris pauperrimis anteferat? Quis non otium malit q̃ laborem, si otij ingentem

tij ingentem fructum esse, laboris propè nullum uideat? Mirum igitur esse non debet, in castris humanitatis militiem adeò rarum esse, præsertim apud nos, ad castra barbariei ac inertiæ tam frequentem turbam aduolare. Dispar utrobiq; stipendiorum ratio est, non æquè fructuosa militia, hinc magna parua illinc præmia auferuntur. ô mores ô tempora. Ita ferè fit ut ea studia, quibus nec honos tribuitur nec ulla gratia refertur paßim ab omnibus negligantur quemadmodum & prisca illa ætate Rhomanorum qua bellis non literis studebatur, quo min9 honoris erat poëtis (inquit Cicero) eò minora studia fuerunt, Honos alit artes, omnesq; incenduntur ad studia gloria, iacentq; ea semper quæ apud quosq; improbantur. Quid ergo? Nū & nos, deserta militia honesta sed absq; fructu, fœdam si frugiferam petemus?

Deserat hic feruor mentes cadat impetus amens.

Caussa adhuc nulla est ô Iuuenis cur desperatis tuis rebus castra tuæ humanitatis deseras ac tuum nomen turpi inertiæ cui barbaries fida comes est adscribi patiare. Si te huius nostræ militiæ tantus paßim contemptus malè habet, si nulla præmia aduocant, retinent, excitant, tu tamen ipse tibi pulchra merces sis, tuus te candor ingenuus, tua uirtus, tuæ humanitatis honestas consoletur, hæ tibi opes sint, hij honores, hæc amplißima præmia. Caue ne inuidia temporum, ab honestis rebus, te auocet, caue barbaries atrahat te ad se, &

 ab hu

ab humanitate auellat, ne pluris istos honores ca-
ducos, quàm immortale decus uirtutis, quod ex
amœno prato literarum colligitur, facere uidea-
re. Sed si forte etiam nonnihil ista te mouēt, Sue-
tonianæ tamen Corniculæ illa uox te soletur, ple *(Cornicula vox)*
na spei. ἔσαι πάντα καλῶς erunt omnia benè.
Quid? cum summa imperij penes humanitatem o-
lim fuisset, barbaries subitòne uniuersum propè
orbem inuaserat? Minimè uerò. Non sine acri, an
cipiti, diuturnoq; prælio illa huic succubuit. Pro-
inde adolescens permane in incœpto, & humani-
tati naua operā. Illucescet aliquando ille dies (ut
omnium rerum uicißitudo est) quo honesta huma-
nitas uirtute ac robore superior, fœdam barba-
riem conficiat ac prosternat: rerumq; omnium
potita, multitudine opum, honorū, dignitatum,
tanq̃ opimis spolijs, conspicua, militem suum ditet,
cohonestet ac exornet. Quod quidem iam propè
adesse, cùm pleraq; alia tum in primis, Samuelis
Macciouij Præsulis uigilantia, uirtus, ac eruditio
singularis benè nos sperare iubent. Quæ simul o-
mnia, quamuis honestæ Præsulis militiæ haud du
bia signa sunt, in primis tamen illæ diuinæ concio
nes (res in Episcopis hoc nostro seculo perrara,
sed ut honorifica ita & pernecessaria) quas pa-
stor apud suas oues solet habere, locupletißimi te-
stes sunt, cui militiæ Antistes nomen dedit, & in
quibus castris à puero militauit. Et non depugna
bit ille pro honestis literis quibus iuuenis studuit?
non

non castra barbariei capiet euertetq;? non hone-
sto Musarum choro studia nostra, adornabit? nō
efficiet ut multo plures posthac, honestæ humanita
ti quàm fœdæ barbariei ac inertiæ nomina dēt? Sine
modò Præsulē respirare. Nouit ille ꝓ sua prudētia
quæ sui muneris sunt, nouit maximū ornamentum
regni esse benè institutū gymnasiū, radicē ac uelu
ti fontē totius boni & mali esse nō ignorat scho
las philosophorū. Sed ne uideatur in munus suū te
merè irrumpere, cunctatur, commodam occasionē
expectando. Scit enim prudens Antistes morem ty
rannū haud facile opprimi, sensim hoc potius fieri
quàm subitò, facinus magnum & memorabile sine
magno negotio non perfici. Igitur macte uirtute
adolescens, in castris humanitatis, tantisper mili-
ta, donec tibi tuisq; comilitonibus, ac nobis qui do
cemus, unà tecum, melior fortuna affulserit. Neq;
remittas animum ne fortè, munus honestæ militiæ,
turpiter deseruisse uideare. Sæpenumero & mi-
hi ipsi ægrè fit, qui, in eadem tecum militia per-
seuerās, excubo. Et ni sæpe ijsdem ipsis rebus me
quibus & te nunc consoler, iamdudum ab hac mi-
litia transfugissem & ad florentem aliam deuolas
sem. Quare ô iuuenis, si ego non lucri spe, quod
quàm uile sit hominibus nostri ordinis pudet di-
cere, non ambitionis studio à qua semper alienus
& sum ut debeo & fui, sed solo erga tuam præ-
claram indolem amore, tum uiua uoce tum scripto

 meam

meam operam sedulò tibi exhibeo. Vide ne tu, tibi ipsi iniurius, inconsultè atq; adeò improbè egisse uideare, si desertis castris ac parma abiecta, ferè in medio tuorum laborum cursu humanitatem turpiter repudies. Bono animo sis, quantum ego uiribus conniti potero & ingenio consequi, nunq̃ deero tuis studijs, modò in te significationes non ingrati animi appareãt. Scio quidem, quod ago nunc, egiq; paulò ante, id, non usq; adeo professionis meæ munus esse, Iurisconsulti namq; est nõ tam græca latinis donare, quàm aut pertractandis interpretãdisq; legibus incumbere, aut respondere de iure, aut quod suscepit munus publicè profiteri Sed quid me uis optime adolescens. An dum, quod uelim quodq; magis deceret non licet propter iurisconsultorũ copiã, qui suo munere funguntur nõ ineptè, id saltem quod superest, non agã pro uirili tui causa? Quamuis, re penitius inspecta, nõ parum conferre debet uideri, si is, qui se iurisconsultum esse uult, in castris humanitatis uersetur, & transferendis Grecis studeat. Neq; enim ea res est parui momenti ad eloquentiam comparandam, qua uel sola, cetera si desint, Iurisconsultum instructũ esse oportet. Propterea & Trebatius preclarus Iurisconsultus Ciceroni, uiuenti adhuc, studuit. & P. Crassus solebat dicere Sceuolæ fratri suo, neq; illum in iure ciuili satis illi arte facere posse, nisi dicendi copiam assumpsisset, neq; se ante causas amicorum tractare, atq; agere cœpisse, quam ius ciuile didicisset. Atq; adeò Imperator noster Iustinianus, iuris in artem redigẽdi prouinciam dedit Triboniano, uiro excelso, quòd similiter eloquentiæ & legitimæ scientiæ artibus decoratus in ipsis rerũ experimentis emicuit uel ipsius Imperatoris testimonio. Siquidem eloquentia cum iurisprudentia mutuis auxilijs utuntur, Sociæ sibi artes sunt, altera in alterius opem coniurat amicè. Nam Orator in Repub. dicturus, materiam dicendi petit ex iure. Iurisconsultus contrà non potest optime quæ suæ professionis sunt explicare, nisi rationem dicendi uimq;, teneat. Proinde quòd paulò antè Demosthenis orationem de pace, nunc de libertate Rhodiorum, latinitate donaui, & præclarum illud Ciceronis opus de oratore publicè profiteor, quamuis nonnihil à professione iurisconsulti utrunq;, ab officio tamen professo non omnino alienum esse existimabis, pro tua prudentia. Adieci & scholion in margine, indicẽ artificij, ac comentariũ ꝑbreuẽ locis obscurioribus explicandis, ut hoc ipso & me dictandi munere et te onere excipiendi releuem. Bene uale.

Cracouiæ Pridiæ Nonas Aprilis.
Anno Christi. 1547.

IN DEMOSTHENIS ORATIONEM PRO LIBERTATE RHODIORŪ COMMENTARIOLUM.

Confecto bello peloponnesiaco, quo uiginti octo annis tota ferè græcia aflicta est, quemadmodum Thucydides & Xenophon tradiderunt: Mausolus princeps Cariæ, qui octauo anno regni Philippi Macedonum regis mortuus est, amicitiā erga populum Rhodiorum præ se ferens, eorum statum popularem conturbauit. Nā optimates seu diuites Rhodiorum Democratiam Oligarchia Mausoli auxilio commutantes, populo libertatem eripuerunt. quod Demosthenes apertè his uerbis testatur. φανήσεται δ᾽ ὁ μὲν πρυτανεύσας ταῦτα καὶ πείσας μαύσωλος φίλος εἶναι φάσκων ῥοδίων τὴν ἐλευτεριάν αὐτῶν ἀφῃρημένος id est Mausolus aūt qui earum rerum transactor & sūmus administer fuit, amicum se Rhodiorum esse dictitans libertatem eis ademisse uidebitur. Quamuis, quisquis ille qui argumentum huius orationis Græce scripsit, aliud di-

ud dicat, existimans Artemisiam sororem ac coniugem Mausoli, quæ in demortui locum in biennium usq; succeßit authore Diodoro Siculo, diuitibus Rodiorum tulisse auxilia, ad libertatem populo eripiendā. Sed siue uiuentis Mausoli opera, quod Demosthenes uidetur significare, siue, hoc mortuo, Artemisiæ auxilio, quod authori anonymo uideo placuisse, libertas Rhodijs erepta sit, non admodum contendo, nam hoc ne an illud sentias parum refert Illud certum est (nam & totius orationis Demosthenicæ series hoc indicat, et author argumenti palam fatetur) libertatē Rhodijs ereptam esse, authoritate regis Persarum quem Demosthenes cum hic tum sæpe aliàs regem κατ᾽ ἐξοχήν ut Macedonem nomine proprio solet uocare. Hunc aūt regem Persarū Artaxerxem esse (cui Mnemoni id est Memori cognomentum fuit, filium Darij ac fratrem illius Cyri iunioris, à quo, ut regno paterno deijceretur, quemadmodum tradit Xenophon libris septem, & Plutarchus in uita Artaxerxis, & insidijs aliquando & aperto Marte petitus est) Demosthenes his uerbis uidetur significare. καὶ οὐδὲ τοῦτο αὐτῷ συνενήνοχεν, ἀλλὰ μὴν, εὑρήσετε αὐτὸν, τήν τε πολὴν λακεδαιμονίων ἀσθενῆ ποιήσαντα, καὶ περί τῆς αὐτοῦ βασιλείας κινδυνεύσαντα πρὸς κλέαρχον καὶ κῦρον id est atq; ne hoc qdem ipsi profuit, quin reperietis ipsum cum ciuitatem Atheniensium Labefacta-

aret, periculum sui regni, aduersus Clearchum & Cyrum, subijsse. Cyrus namq; huius Artaxerxis frater una cum Clearcho Lacedemonio, ingentem excercitum Grecorum barbarorumq; in Asiam perduxit, ut fratrem regno exturbaret. Itaq; populus Rhodiorum hoc modo amissa libertate, eius recuperandæ gratia ad populum Atheniensem pro auxilio cōfugit. Quod orator populo persuasurus, cum uideret Athenienses non parum Rodijs infensos esse ob bellum sociale, nō à Rhodiorum persona exorditur, quos oderunt: sed ab Atheniensium officio quod oratoribus debetur, simulq; ipsorum laudibus, non tamen sine obliqua uituperatione, in auditorum siue populi animos sese artificiosè insinuat: rem pro re id est officium Atheniensium pro auxilio ferendo, personā pro persona, uidelicet pro Rodijs Athenienses subijciens. Orationis uerò genus deliberatiuum est. Nā Demosthenes Atheniensibus author est ut ferantur populo Rhodiorum auxilia. Status qualitatis, quòd hoc ex cōmodo Atheniēsiū esse existimet. Species iuridicialis absoluta præsertim in loco ἐκ τοῦ δυνάτου in prima occupatione quam timori regis opposuit, nam in alteram occupationē, status cōiecturalis ītercurrit ad ea quæ qualitatis sunt ἐκ τοῦ δυνάτου ex facto ac totius negotij gestione cō probanda Locus aūt utilitatis cōstitutiōi assumptiuæ innititur. Nam primū facta inuidia proceribus ut ferātur Rhodijs auxilia suadet

det æquitate Atheniensiū & utilitate Rhodiorū, Deinde remotiōe criminis usus in deceptores populi Rhodiorū, facto Atheniensiū μνησικακίαν amolitur Est & status negocialis eo in loco qui ducitur ex iusto, quòd eum pertractet æquitate naturali, sunt enī negocialis constitutionis species tres, ius naturale, consuetudinis, & legitimum In hoc aūt ingenium Demosthenis admirandum est, quod cum Thucydide cōmune habet (ut Vlpianus sentit) quod non solum ex his quæ inter se contraria sunt, faciat exordia, sed ut his etiā quæ suspicionē insidiasq; preseferūt τεχνικῶς σφόδρα καὶ δεινῶς in gratiam auditorum se insinuet: quale est primæ olynthiacæ exordium, quale & tertiæ, ubi obiurgando Athenienses, quòd apud eos τοῖς λόγοις οὐ συντρέχει τὰ πράγματα .i. uerba non consentiāt cum rebus, beneuolentiam tamen conciliat. Quemadmodum & in hoc exordio coarguens Athenienses quòd non facilè persuadentur ut ea quæ statuerint exequātur, non offendit tamen sed conciliat, ut pote qui laudem increpationi admiscuerit, hoc ingenio uidelicet seu industria Athenienses esse indicans ut quæ recta sunt non ignorēt, sed ad exequendum illud quod sciunt tardi sint,

¶ Vestri muneris esse puto ô viri Athenienses

Crassus in primo de oratore, pòst naturam ac

genium inter dicendi facultates primum locum tribuit timori uerecundo, prescrtim in oratione ordienda. Nisi (inquiẽs) oratores timidè ad dicendum accedant ac in exordienda oratione perturbentur, penè imprudentes uidentur. Nihil etenim authore Fabio ad conciliandum gratius uerecundia, nec tamen semper, nec enim uno modo dicuntur exordia. Nam quedam adeo sunt ad modestiam composita ut nisi modestè ac cum pudore dicantur decorè dici non possunt. Tale est illud de coronatione contra Aeschinem, plenum modestiæ ac pudoris, ac omnino uultu totoq; penè corpore ad religionem composito pronunciandum tale & Ciceronis pro Milone, continẽs in se nõ leues sanè pudoris significatiões. Repperi as item alia exordia robustiora ac (ut ita dicam) mag s mascula, cum quadam authoritate ac confidentia maiore pronuncianda, quale hoc nostrum est μεσὸν ἀξιώματος ac uirile. Nam prima periodus (de Græca oratione dico) tribus cõmatis perfecta, numerosè & æquabiliter longis ferè syllabis fluẽs, id quod est muneris Atheniensium erga consultores suos cum quadã authoritate præscribit.

¶ Quamuis aut nunc arduum esse existimaui.

Altera periodus qua artificiosè laude obiurgationi commista, Athenienses increpat seu accusat negligentiæ, simulq; præparat animos, auditorum. Præparat quidem laude docilitatis ac industriæ ipsorum: accusat autem, quòd ea que facile discunt difficillimè nec cito exequantur.

¶ Cũ enim quippiã statueritis.

Scire aliquid, lõge aliud ẽ quàm decernere statuereq;. Hoc esse nisi illud sit non potest. Athenienses igitur quid statuendum sit non ignorant sed nõ facilè decernunt. Ac ea quæ statuunt difficilius multò exequuntur. Vnde & illud legatorũ Spartanorum, Athenienses scire quæ recta essent sed facere nolle. Propterea dicit Demosthenes, Tantum id solet ab agendo quantum paulo antè à statuendo abesse. Quod uerò Athenis non facilè nec cito statuatur, non ob aliã caussam Xenophõ existimauit, in libro de Repub. Atheniensium ἢ διὰ τὸ πλῆθος τῶν πραγμάτων quàm propter multitudinem caussarum. Nam aliquando (ut idem inquit) non licet senatui populoq; hominem expedire, quin illic per totum annũ desideat.

¶ Itaq quorũ nomine dijs grãs

Hoc quidam inicium deliberationis institutæ de ferendo Rhodijs auxilio locumq; ab utili, alij partem proœmij esse dixerunt. Sed nescio an non his potius quam illis acquiescendum. Nam postea suo loco in progressu orationis clarus & apertus est utilitatis locus. Nec uerißimile est incœptum utilitatis locum, interiecto statim ἀπὸ τοῦ δυνατοῦ loco, De

co, Demosthenem turbare uoluisse, ut à principio quidem utilitatis locum, deinde ἀπὸ τοῦ δυνατοῦ postea rursus utilitatis locum tractaret. Est itaq; ut uidetur sentire Vlpianus ἐπιβολή τὸ εὔνουν. i. beneuolentia ex pœna Rhodiorum, & attentio ex utilitate Reipub. Atheniensium. Illo nanq;, pœna scilicet misericordiam excitat, hoc uerò, emolumento uidelicet, quod Rempub. manet si auxilia tulerint Rhodijs, auditorem facit attentum, primum incommoda quæ poßint euitare si Rhodios in libertatem assererent, deinde quæ consequerentur commoda ordine recensendo.

Bellum hoc vltimum,

Bellum, quod Demosthenes ultimum uocat, sociale est. Nam Athenienses, ut Diodorus Siculus in libro de gestis Philippi testis est, cum ab eis Chij Rhodij, ac Bizantij defecissent, inciderunt in bellum quod sociale appellatur, quod per triennium sustinuerũt. Electos (inqt Diodor9) duces Charetã & Chabriã cũ exercitu ad id bellũ miserũt, Illi statim Chion inuadentes inuenerunt illuc missa auxilia ab his qui simul desciuerunt & præterea à Carum rege Mausolo, instructisq; ordinibus urbem & terra & mari oppugnare aggreßi sunt, Chares cum peditum manu ad mœnia terrestri pugna contendebat, cum his qui oppido eruptiones faciebant. Chabrias autem in portum inuadens nauale prælium acriter incœpit, sed eius naui ab actuarijs hostium nauibus afflicta, & sui fortunæ ce-

dentes

dentes saluti consuluerant. Itaq; maioris faciens gloriosam mortẽ quàm ut uictus uiueret, à se hostes fortiter repellẽs, ĩterfect9 obijt. hæc Diodor9

Chij vero & Byzantij.

Vt, & inuidiam belli socialis à Rhodijs in socios, amoueret, & sui instituti compos esset, Chios Byzantios ac Mausolum in graue odium adducit. Hunc quidem insidiarum coarguens. Neq; enim ullæ sunt occultiores insidiæ (ait Cice. ij. act. in Ver. quàm hæ quæ latent in simulatione officij aut in aliquo necessitudinis nomine. Illos uerò infidelitatis accusans, cùm tales esse ostendit ut amicos ament in prosperis, deserant in aduersis, quod fictæ amicitiæ signum est certißimum ut Naso cecinit.

Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum
Tempore sic duro est inspicienda fides.

Quo nomine & Cicero Sextum Neuium exagitat dicens eum ab afflicta amicitia transfugere & ad florentem aliam deuolare.

Cæterũ demiror quod video eosdemipsos.

Animis Atheniensium præparatis & ab ipsorum persona dum officij sui eos admonuit, ac laudauit eorum solertiam in rebus cognoscendis, & à re, uidelicet commodo Reipub. quod si Rhodijs aquiescerent, habituri essent. Iam ad confirmationem institutæ deliberationis accedit, suadens, ut ferantur Rhodijs auxilia. Idq; primum loco ἀπὸ

τοῦ

τοῦ δυνατοῦ quem regis timori opposuit per occupationem. Dicat enim aliquis, fuerit sanè utile ciuitati nostræ quemadmodum tu suades. Rhodijs non deesse, sed potentia regis Persarum terrori ē. Igitur λύσιν τῆς ἀντιθέσεως loco à poßibili p tractat. Idq; pluribus modis. Primo à maiore ad minus, quo regis timor amouetur, hoc modo. Nō timetis regem pro Aegyptijs qui tantum in parte regni eius sunt, nec igitur pro Rhodijs ipsum timete, ubi minus terroris est, quod omnes Rhodij non alieni sed Græci sint, qui authore Herodo. in fine libri viij. eiusdem & sanguinis & linguæ sunt quorum & fana & sacrificia communia sunt, & mores aßimiles. Deinde per occupationem qua suspicionem inconstantiæ amolitur, ne uidelicet aliter nunc q̃ antè suasisse uideretur. Ante enim nō inimicitiarum cū rege suscipiendarum, sed bellici tantum apparatus faciendi aduersus eos qui fortè ad iniuriam faciendam aggrediantur, author fuit. Nunc uerò bellū cū rege suscipiendū suadere uideatur, cùm mirum esse putat Athenienses pro Aegyptijs regem non timere, pro Rhodijs autem eundem ipsum formidare. Quod hoc modo diluit. Hæc mea oratio qua nunc apud uos utor consentanea illi est quam aliquādo apud uos habui. Neq; enim uos nunc exhortor ut bellum regi faciatis sed ut ne Rhodijs q Græci sunt deessetis: quod sanè & ipse rex uel me consultore (nam prosopopœia est, qua & exornat orationem & fidem facit & tacitè uel ipsius hostis exemplo admonet, non inferendam esse, sed repellendam iniuriam) facturus sit, qui quidem rex, etsi ea quæ ad se non pertinerent, sibi uendicare non debeat, pro suis tamen ad uersus Græcos depugnaturus esset. Igitur non faciendum regi bellum, sed ad eos, Rhodios uidelicet, qui uestri sunt, uindicandos recuperandosq;, ut antè ita & nunc uos exhortor.

¶ Si igitur omnia decreuistis.

Complexio est quæ Grecis δίλημμα appellatur, qua concludens uelut quodam acri stimulo addit animos Atheniensibus contra regem. Eò tamen deducit orationem ut existimet, si libertas Rhodijs restitueretur, non fore bellum cum rege. Etenim in prima parte dilemmatis turpitudinem detestatur, si fortè ea quæ per fraudem abstulit concedenda ei statuerent, idq; cum insectatione corruptelarum regis, in altera cohortatur, & ad pugnandum, si fortè opus esset, & ad quiduis perferendum pro obtinendo iure suo. Idq; duabus de causis quòd existimet forè ut Athenienses eo minus debeant expectare ac timere, & belli molestias, & pericula quidlibet perferendi, quo maiore studio, & pugnandum cum rege & quiduis perferendum pro obtinendo iure suo, statuerint. (Hoc namq; curæ est Demostheni in tota oratione, ut fidem faciat, nihil fore belli Atheniensibus cum rege, ob eam rem, si per eos libertas Rhodijs restitueretur,) partim quod existimet

F prudenti-

prudentiam Atheniensium, omnibus notam fore, si ea quæ decent queq; sunt ipsorum muneris stã=tuant & faciant

Verum quõ palam sit

Transit ad tertium modum solutionis τῆς ἀντιθέσεως, quo locus á poßibili tractatur, exem=plo pari ex antefactis, qui locus ad coniecturam pertinet, non timendum uidelicet, ne bellum cum rege fiat, propter libertatem Rhodijs restitutã quòd neq;, dum Samios antè in libertatem asserẽt, eiecto Cyprothemide quem Tigranes, regis præ=fectus, Samo præposuerat, ob eam rem bellum cũ rege ad eam usq; diem factum sit.

¶ Timotheum aliquando.

Timotheus dux Atheniensiũ pater Cononis adeò fuit fortunatus, ut ex omnibus bellis ad quæ ali=quando missus esset, uictoriam reportaret, qua=re pictores ipsum dormientẽ & fortunã aßisten=tem ei cum plagis & alijs uenatorijs instrumentis pingebant, hoc significantes, fortunam pro eo abs=q; ipsius labore omnia peragere. Quod cum ini=quo animo ferret diceretq;, suo se labore non for=tunæ beneficio uincere, mox ueluti ulciscente ge=nio uerbi insolentiã, nullas amplius uictorias re=portauit. Author Plut: in uita Syllæ & Vlpianus in ij olinth. Demosthenis. De Ariobarzane autem rex ne an præfectus Persarum regis fuerit quid certi scribam non habeo: quem tamen, quis=quis fuerit, sub imperio regis Persarum fuisse ac

cuidã

cuidã maritimæ regioni præfuisse, indicat locus ille Xenophontis libro primo Rerum Grecarum, ubi de Pharnabazo Cyro ac legatis Atheniensium mentio fit, quãdo Atheniensium legatos ut Ario=barzanes ad mare deduceret, Cyrus ac Pharna=bazus iubent. Et ille alter libro. ς. Aduenere item Syracusanæ naues uiginti, nec non aliæ ab Ionia & Tiribazo quæ in Ariobarzani instructæ erant finibus. Erat enim (de Tiribazo loquitur) pridem hospes Ariobarzano. Hunc igitur Ario=barzanem postea á rege defecisse, is Demosthe=nis locus documento est.

¶ Quòd uerò neq; Artemisia.

Altera occupatio, etiam ἐκ τοῦ δυνάτου opposi=ta timori Artemisiæ ut prior timori regis, ne ui=delicet & ipsa diuitibus Rhodiorum auxilio fore uideretur. Est autem argumentum quod uulgò à cõmuniter accidentibus appellatur, Græci rhe=tores & iureconsulti in hoc imitati Græcos τὸ πλεῖσον hoc est quod frequenter contingit, uocant. Syllogismus uerò hypoteticus á repu=gnãtibus hoc modo. Si rex secunda fortuna in Ae=gypto uteretur Artemisia Rhodios adiuuaret & gratificaretur regi, sed inimicam fortunam expe=ritur, ergo non iuuabit (Nam quo se fortuna eo=dem fauor hominũ inclinat ut testis ẽ Iustin9) imo mallet uos potius Rhodo potiri q̃ regem.

¶ Si regi in Ægypto.

Regibus Persarum Aegyptios quamuis inuitos

paruisse, habuisseq; ab Atheniẽsibus auxilia ad excutiendum iugũ, plurima authorũ loca testantur. Nã ut scribit Thucydi. libro primo. Gliscente bello Peloponnesiaco, Inarus lybius Psammetichi filius, Lybiorũ rex q sunt Aegypto finitimi, effecit, ut ad se pleraq; Aegyptus deficeret ab rege Artaxerxe filio Xerxis cognomento Longimani, qui anno septimo belli Peloponnesiaci mortuus est ut refert Thucidi. in quarto, isq;, Atheniẽsibus, ad belli societatẽ adscitis, caussa fuit, ut penè tota Aegypto potirentur. Mox tamen Inaro cruci affixo, Atheniensibusq; eiectis, Aegyptus rursus in potestatẽ regis redacta est. Quamuis Aegyptus nunq̃ deinceps tutò possideretur propter Atheniensium auxilia. Nam neq; hic noster Artaxerxes Darij filius cognomento Menon ex Parasatyde sorore Longimani natus, frater Cyri, satis pacatæ Aegypto imperauit. Quod Xenophon libro octauo Cyri pædiæ significare uisus est, mores priscorum Persarum cum his qui tunc sub Artaxerxe erant conferens his uerbis. At nunc etiã si quis quemadmodum Leomithres uxorem ac liberos amicorumq; filios obsides apud Aegyptũ liquisset, isq; maximum iusiurãdum iuratus foret, essetq; id transgressus, quò uideretur aliquid emolumenti fecisse regi, hij sunt qui maximos honores præmij loco habent. Item libro I. expeditionis Cyri, Græci milites qui operam Cyro contra regẽ nauarunt, pollicentur uicissim strenuè se regem adiuturos & in alijs quibusuis expeditionibus & in Aegypto expugnanda. Qui sanè loci Xenophontis qui & ipse cum Cyro contra Artaxerxem militauit, documento sunt, tunc Artaxerxem in Aegypto oppugnanda aduersa fortuna usum fuisse. Quãuis Ochus Artaxerxis huius filius Aegyptum non pacatã ab initio cum regno Persarum suscipiens, non multò post pacatissimam reddiderit, anno decimo regni Philippi Macedonũ regis ut author est Diodorus Siculus. Hæc ideo paulo altius repetita sunt, ut & regis Persarũ nomen nõ ignotum sit, quem hic κατ᾽ ἐξοχήν regem uocat, & animus Atheniensiun in Aegyptios ac res ipsius regis non satis prosperè gestæ appareant.

Artemisia.

Artemisias fœminas celebres duas reperio, Alterã reginam Halicarnassi (quod ẽ oppidũ Cariæ) quæ Xerxi in auxilium ueniẽs, adeò acerrime inter primores duces bellum ciebat, ut quemadmodũ in Xerxe muliebrẽ timorẽ ita in Artemisia uirilem audaciã cerneres, Iustinus libro secundo & prior eo Herodotus libro octauo. Altera hæc nostra est, princeps Cariæ, posterior, Mausoli & soror & coniux, pietate in uirum & Mausoleo celebris ut Gellius. lib. decimo cap. decimo octauo scribit, quæ uiro in regnũ succedẽs eo honore duos annos functa mortem obijt, regni Philippi anno decimo, author Diodorus Siculus

 principatus

Principatus mō sui propugna.

Rhodus insula christianorum ditionis paulò ante nunc Turcis paret, capta anno salutis 1522 Sita est inter Cariā quæ erat Artemisiæ ac Aegyptum partem imperij persici, propterea meritò hic propugnaculum Persici regni appellatur. Nam belli tumultus, si qui à Caria in Aegyptios exorirentur, priores Rhodij exciperent. Non secus ac nobis Vngari nunc, quos tanto studio hostis petit, & olim Valachi, nostri paulo antè, nunc Turcæ, uectigales, utriq; potuissent regni Polonici propugnaculum appellari, quod Græcè ἐπιτείχισμα oratori nominatur

Ex re autem ciuitatis esse

Subobscurus est locus iste, non enim satis certum est ad utrum potius referendum sit πότερα ἀντιποιήσεται ad Artemißiam ne an ad ciuitatem Athenarum. Nam si ad Artemisiam retuleris, hic erit sensus. Quidnam rex facturus sit aliquando, nūc ego non affirmo, illud certum est ex commodo nostræ ciuitatis fore si propalam fiat, num uindicatura sit Rhodios Artemißia misso uidelicet auxilio diuitibus, nec ne. Etenim si hoc non ignotum uobis fuerit an uendicatura sit Rhodios Artemisia. Non modo pro Rhodijs quorū libertas iam periclitatur, sed pro uobis etiam ac omnibus Græcis quos itidem appetet, consultandum est. Sin ad ciuitatem Athenarū, is est sensus. Quid rex facturus sit non dico, illud profectò; affirmauerim, ex commodo nostræ ciuitatis fore, si non ignotum fiat, uindicatura ne sit an non nostra ciuitas Rhodios à Tyramide diuitum. Etenim si uindicet, id est ita statuat ut uindicet, non solum de Rhodijs sed etiam de nobis ipsis Grecisq; omnibus consultandū est. i. Consultando de salute Rhodiorum, etiam de nostra ac Græcorum omnium, consiliū habere uidebimur. Tu candide lector expende utrum commodius sit & accōmodatius ad sensa Demosthenis, aut aliquid tute melius adfer si potes, sine inuidia,

¶ Non enim neq; publicè neq; priuatim

Ξένος καὶ πρόξενος publicæ & priuatæ hospitalitatis nomina sunt. ob id sæpenumero τὸ δημοσίᾳ καὶ τὸ ἰδίᾳ uicißim eis adiectum reperias. Demost. κατὰ μειδίου. ἐι ταῦτ' ἀκούσαιεν ἢ συνεῖεν οἱ βάρβαροι, οὐκ ἂν οἴεσθε δημοσίᾳ πάντας ὑμᾶς προξένους αὑτῶν ποιήσασθαι; et hic οὔτε γὰρ πρόξενος τῶν ἀνδρῶν οὔτε ἰδίᾳ ξένος. &c. ubi nescio an non τὸ δημοσίᾳ ante τὸ πρόξενος scripserit Demosthenes, cum & ἰδίᾳ ξένος mox subiecit, quod exemplaria quædam asteriscis annotatis uidentur significare. Nisi, quód πρόξενος, cum propriè publicum hospitem significet, tali designatione non semper indigeat, quo sensu & uerbum προξενῶ accipitur, ἀντὶ τοῦ ξενοδοχῶ, δημοσίᾳ ξένος ὢν ut interpretatur Budæus

dæus. Demosth. περὶ τοῦ στεφάνου. Οἱ γὰρ παρὰ τοῦ Κλειτάρχου καὶ τοῦ Φιλιστίδου τότε πρέσβεις, δεῦρ' ἀφικνούμενοι, παρὰ σοὶ κατέλυον Αἰσχίνη, καὶ σὺ προὐξένεις αὐτῶν. Adeo autem usitatũ erat & sanctum ius hospitalitatis cũ Romanis tũ Græcis, ut apud Græcos & priuatim ciues cũ ciuibus ciuitatibusq; & publicè inter se ciuitates, iura huiuscemodi sacietatis contraherent, quod ius habuisse Clearchum Raphij filium, cum Chalcedone et Byzantio ciuitatibus xenoph. Expeditionis Cyri lib. 1. scriptũ reliquit. Vnde Agesilaus libro rerum Græcarum. 1. apud Xenop. Non te inquit latere ô Tharnabaze arbitror homines in ciuitatibus Græcis consueuisse hospitalitẽ inter se cõtrahere. Quodqdẽ neq; sine muneribus ultro citroq; datis fiebat, quæ ξενιά id est hospitalia munera uocabãtur: boues uidelicet, farina, oues & uinum, Xenoph. lib: 4 & 5 Rerũ Græca. Quam uerò sanctum haberetur ius hospitalitatis, uel illud Xenoph in 7 Rerum Græcarum documento est, ubi factum Phliasiorum laudans sic inquit. Nec minus egregium id quod Phliasij egere, uiuum enim in potestatem redactum, hospitem Pellenensem, quãuis summa rerum premerentur inopia, absq; precio dimisere. Nonne igitur meritò hij qui talia gessere generosi ac fortes appellandi sunt? hæc ille. Quin & δία ξένον id est hospitalem uocauerunt, authore Xenophon. in lib. 3. Exped. Cyri. Ad quod & noster poeta alludens sic cecinit.

Iuppiter hospitibus nam te dare iura loquuntur
Hunc lætum Tyrijsq;, diem Troiaq; profectis
Esse uelis nostrosq; huius meminisse minores.

Non abs re itaq; noster orator (quod ius hospitalitatis adeò sanctum fuisset apud Græcos) pernegat, aliquid sibi intercessisse hospitij cũ Rhodijs, ne non tam ipsam ueritatem suadendo auxilia, quàm gratiam spectare, ac ius hospitalitatis tueri uideretur.

Quandoquidem de ijs quæ Rhodijs.

Miro hic artificio Demosthenes ijsdem in quibus accusat, ac (ut ita dicam) incursat Rhodios, beneuolentiam ipsis conciliat. Est enim id natura cõparatum, ut malis alienis, quamuis hostes sint, saciati, ad misericordiam commoueamur. Quod cum apud plerosq; omnes, tum maximè apud Athenienses, qui ad misericordiã semper proniores, et ad bñ merendũ de alijs, habiti sunt, facile fit. Acerbior igitur est orator in Rhodios, cùm de aduersis ipsorum rebus gratulatur, ut uel illa acerbitate orationis qua de malis Rhodiorum gratulatur, & Athenienses solitæ misericordiæ admoneat, & ipse suspicione careat, uel gratiæ, uel certè corruptelæ.

¶ Ne ea quæ nostra erant recuperaremus.

Quænam ea sint quæ scribit Demosthenes recu perata esse Atheniensibus, magis cōiecturis q̃ cer tis aliquibus argumentis consequimur, quando= quidem nihil nominatim de ea re (quod sciam) tra ditum est, nec ab ipso Demosthenæ nec ab alijs. Pu to tamen pristinum Reipub. statum, Cononis ope= ra Atheniensibus restitutum, hoc loco significari. Nam eodem feré anno uigesimo octauo belli Pelo ponnesiaci, quo Athenienses, potitis ciuitate Lace dæmonijs, ac 30. tyrannis impositis, dirutisq; mu ris ut lib. ij. rerum Græcarum testis Xenoph. & Repub. exciderunt, & rursus paulopost Cononis quidem opera, sed Pharnabazi regis præfecti pe cunia muris reffectis, pristinum Reipub. statum re cuperarunt, Rhodij quoq; barbaros ac seruos id est Cares & Persas, fraude suorum optimatum su scepisse ac libertatem amisisse uidentur, ex illo lo co Xenoph. lib. 4. rerum Græcarum, ubi sic dicit his ita gestis, Rhodij, qui à populo eiecti erãt, La cedæmonem uenerunt, ostenderuntq; haud tutum Lacedemonijs esse, si negligerent ut Athenienses Rhodum subigerent, in tantamq; potentiam eua= derent. &c.

¶ Rebus enim prosperis.

Veré hoc Demosthenes, & tenendum semper memoria, præsertim istis diuitibus, qui se putant p beatos. Nam fortuna quos nimium fouet stultos fa cit, unde & Cicero in libello de amicitia. Non so lum (inquit) ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plærumq; efficit cæcos quos complexa est, neq; quicq̃ insipiente fortunato intollerabilius fieri po test. In eandem quoq; sententiam dixit Cato au= thore Gell lib. 7, cap 3. Aduersæ res se domant & docent quid facto opus sit, secundæ res lætitia trã suorsum trudere solent à recté consulendo atq; in telligendo. Quare & Demosthenes. I. Philipica scribit, Philippum μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πε= πραγμένων, quod rebus prosperis insolescat ac feré, ut ebrij solent, desipiat. Nec iniuria id quidē, τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. Igi= tur quod Rhodij in eam calamitatem inciderint, magno id emolumento ipsis erit, ut nimirum, cum eos fortuna adeo obcæcarit ut ἀναίσθητοι essent, aliquando, tandem malo accepto, sapere incipi= ant.

¶ Et præteritarum iniuriarum obliuiscamini.

Iniurias præteritas intellige, quibus Athenien= ses à Chijs Byzantijs ac potißimum Rhodijs in bello sociali affecti erant, quarum ut facilius obli uiscerētur, mollit factum Rhodiorum duobus mo dis. Primo remouendo culpam à populo Rho= diorum in eos, quorum fraude decepti bel= um Atheniensibus fecerunt, ut id bellum non ltam consilio ac uoluntate sua suscepisse q̃ alio rum fraude decepti admisisse uiderentur. Deinde

ipsorum

ipſorummet Athenienſium exemplo, qui & ipſi ſuorum fraude ſæpenumero decepti, errarūt, nec tamen ob eam ipſam rem ſe dignos ſupplicio deputauerunt. Sæpenumero autem Athenienſes multa temerè admiſiſſe propter fraudes cõſiliariorum, uel hoc documento eſſe poteſt, quòd eorum δυσβουλία ac inconſulta temeritas, etiam in prouerbium abierit.

¶ Iam verò & illud conſiderate.

Tres rerumpub. formas ſcribit eſſe Ariſtoteles tertio Politicorum, & τὰς ὀρθάς id eſt rectas appellat. βασιλείαν ſiue μοναρχίαν, τὴν πρὸς τὸ κοινὸν ἀποβλέπουσαν συμφέρον. id eſt quæ utilitatem communem reſpiciens ab uno gubernatur. Quæ uerò paucorum, plurium tamen quàm unius dominatu regitur ἀριστοκρατίαν nominat. Tertia eſt quando multitudo ad communem utilitatem gubernat, quæ communi nomine uocatur πολιτεία. Econtrario totidem ponit transgreſſiones ſeu labes. & παρεκβάσεις uocat, in quas rectæ Reſpub. degenerarēt, ueluti regia gubernatio in Tyranidem, quæ ad proprium unius commodum intendit, Ariſtocratia in Oligarchiam, Reſpublica in δημοκρατίαν, quarum quidem hæc ad egenorum illa uero ad opulentorum commodum gubernatur. Cum igitur magis propria libertas ſit Reipublicæ ſeu Democratiæ quòd omnes in ea æquabili iure utantur, quàm Oligarchiæ ſeu Ariſtocratiæ cuius dominatus penes paucos eſt, putat Demoſthenes commodius multo bellum Athenienſibus fore cum his qui in Democratia uiuunt, quàm pacem cum illis qui Oligarchia gubernantur. Athenienſium autem Rempub. nunc πολιτείαν Demoſthenes nunc δημοκρατίαν nominat, aut quòd non admodum curet diſcrimen τῆς πολιτείας καὶ τῆς δημοκρατίας, aut quod Athenienſium Reſpub. Democratiæ ſimilior quàm Reipub. fuerat, quo quidē nomine & Xenophō, libro de Republica Athenienſium, eos perſtringit.

¶ Fortunati namq; hominis eſt.

Sententias quas Græci γνώμας uocant, Latini Rhetores lumina orationis, & Cicero laudat & Fabius, ſed ita, ſi adhibētur loco & rarius. Quemadmodum enim clauus purpuræ, loco inſertus, adfert lumen, & ueſtis rarioribus notis intertexta, ita & hæc lumina uelut oculi quidam eloquentiæ, non per totum orationis corpus ſpargi debent. Neq; putes ſententias ex authoribus conquiſitas (quod noſtro ſeculo frequens eſt) ab Rhetoribus laudari, hoc enim puerile eſt et putidum, ſed quæ ex re nata ultro ſe offerentes orationi lumen addunt, ea Rhetoribus probantur. Hæc igitur Demoſthenis noſtri ſententia reffertur ad pſonam, ſimplex eſt cum ratiōe ſubiecta, præclara, & uera. Nam quod ſignum inhumanitatis certius

est, quàm misero calamitatem exprobrare? cōtrà quæ clarior humanitatis nota esse potest, q̄ aduersis miserorum rebus affici? Etenim apud omnes mortales exitus rerum incerti sunt. Quemadmodum & Pitacus sensit, percontantibus enim quidnam esset obscurum, futurorum euentus respondit. Cuius sanè rei adfert Demosthenes rationem περὶ τοῦ στεφάνου his uerbis τὸ μὲν γὰρ πέρας ὡς ἂν ὁ δαίμων βουληθῇ πάντων γίγνεται. id est. Nam finis rerum omnium ut fortunæ libuit imponitur. Simile huic & illud est περὶ τοῦ στεφάνου Ἐγὼ δὲ (inquit) ὅλως μὲν ὅστις ἀνθρώπῳ τύχην προφέρει, παντελῶς ἀνόητον ἡγοῦμαι. ἣν γὰρ ὁ τὰ βέλτιστα πράττειν νομίζων καὶ ἀρίστην ἔχειν οἰόμενος. οὐκ οἶδεν εἰ μενεῖ τοιαύτη μέχρι τῆς ἑσπέρας, πῶς χρὴ περὶ ταύτης λέγειν ἢ πῶς ὀνειδίζειν ἑτέρῳ. Id est. Quicunq; homo cum sit homini fortunam exprobrat, hunc ego omnino stultum puto. Nam cum is, qui optimo statu se putat & prosperam habere fortunā, nihil explorati habeat, an talis usq; ad uesperam mansura sit, quomodo de ea loqui aut alteri exprobrare potest? Vnde & Pitacus Infœlicitatē (inquit) nemini improperaueris.

¶ Quod si quando rex ciuitatē hanc superauit

Athenæ nunq̄ (quod sciam) superatæ sunt, neq; à Dario, neq; ab eius filio Artaxerxe cognomento

Mnemone. Nisi fortè illam Athenarum cladē intelligamus quæ sub Xerxe & Mardonio eius præfecto contigit ut scribit Herodotus lib. 8. & 9. quod Demosthenem sensisse ut ne credam, facit tēporis ratio, quæ ex illis uerbis quæ mox subijcit colligitur. Atq; ne hoc quidem ipsi profuit. &c. Quòd igitur dicit Demosthenes Athenas à rege superatas, illud fortasse sentire uidetur, quod Lacedæmonij fecerunt, quando ciuitate Atheniensium potiti, & triginta Tyrannos ei imposuerunt, & Rempub. Oligarchia commutauerunt, ut ij. libro Rerum Græcarum tradit Xenoph. & Iustinus in v. Verum quia Lacedæmonij, regis pecunia in expugnandis Athenis usi sunt. (Cyrus enim omnia quæ in usum belli necessaria essent, abundè policitus est, ita sibi à patre iniūctum esse dicens, Ostendens insuper & quingēta talēta à se in prouinciam allata esse, deficientibus tamen illis, proprias quoq; quas pater sibi dederat pecunias, in belli sumptus erogaturum promisit) Demosthenes neq; hoc Lacedæmonijs planè tribuit, ne inuidiam faceret, Lacedæmonios honestando hac ipsa re, cum quibus, æmulatio Atheniensibus semper fuit: neq; uirtuti regis ne terreret, tantum potentiæ ipsi tribuēs: sed fraudi regis corruptelisq;, quibus, sceleratißimos Græcorum ac proditores ipsorum, corruperat. Atq; ita per Lacedæmonios, quibus præbuit stipendiū, Athenas superauit, uel nullo sanè alio modo superauit. Nam quemadmo-

dum Philippus ita & Persarum rex Græcos inter se committens & corrumpens auro, imperij sui fines proferebat. Proinde & Agesilaus Lacedæmoniorum rex cum solueret ex Asia, decem milibus sagittariorum (numisma Persicum intellexit signatum sagittæ imagine) Asia se per regem expelli dicebat. Tantum enim pecuniarum Athenas Thebasq; missum, & principibus datum, populos eos aduersus Spartam concitauit. Ita propter seditiones (ut præclaré scripsit Thucidides lib. iij.) Omne facinoris genus in Græcia extitit. Et simplicitas quæ precipué generositatis est particeps, cum derisu exterminabatur, mutuoq; consilia cũ perfidia intercipere, res excellens existimabatur.

¶ Aduersus Clearchum.

Clearchus Lacedæmonius Ramphij filius erat ut scribit Xenophon libro Rerum Græcarum: cui Lacedemonij Scytala missa iusserunt, ut omnia, Cyro minori fratri Artaxerxis regis Persarum, quæ ad bellum usui forent, subministraret: author Plutarchus in uita Artaxerxis. Hanc Cyri expeditionem Xenoph. libris septem complexus est, & facit mentionem in principio tertij libri Rerum Græcarum.

¶ Sunt deniq; quidã apud nos.

Vlpianus, hunc locum interpretãdo, sic scribit. ὅτι δοκεῖ βουλέσθαι σημαίνειν τὰς συνθήκας ἃς ἐποιήσαντο πρὸς ἀλλήλους οἱ Ἕλληνες ἅπαντες, μηδένα ἐπιφέρειν ὅπλα, ἅπαντες δὲ εἰρήνην ἀγάγειν. id est. Quòd uideatur uelle significare, ea fœdéra quæ inter se Græci cõmuniter fecerunt ut nemo arma inferret, sed omnes pace ac quiete uterentur. Vt sit eiusmodi Antithesis. At iniusté agere uidebimur & contra fœdera, si, ut tu suades, feremus Rhodijs auxilia. Soluit obiectionem, illud iniustius esse existimans, Græcorum salutem ac libertatem non defendere, prætextu fœderũ, præsertĩ cũ õnes eo sunt animo: ut obliti fœderum, priores faciant iniuriam, quod Byzantiorum, Mausoli, ac Artemisiæ, iniustis factis ostendit. Hunc autem locum orator, insectatione oratorum, qui, hanc religionem fœderum ueluti murũ nacti, ne Rhodijs ferantur auxilia persuadere Atheniensibus conati sunt, clariorem illustrioremq; reddidit ut detineret auditorem. Nam φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει τῶν λοιδοριῶν καὶ τῶν κατηγοριῶν ἀκούειν ἡδέως. Id est Cunctis hominibus hoc inest à natura ut libenter audiant conuicia & accusationes. Fortassé autem hæc fœdera Vlpianus sensisse uidetur quæ Athenienses ac Lacedæmonij & socij eorum ultro citroq; fecerunt: anno decimo belli Peloponnesiaci, in annos quinquaginta, quibus tamen post decem annos ruptis, rursum in apertũ iuere bellum. Verba fœderum hæc fuerunt. Ne liceat arma inferre detrimenti caussa neq; Lacedæmonijs, neq; Atheniensibus eorumúe socijs, ulla uel arte uel machinatione. Si quid inter eos cõtrouersiæ existat, iure

agant & iureiurando de quibuscunq; conuentum ē: quæ qdē fœdera, nō solū publico iusiurādo, sed et domestico, quod apud utranq; ciuitatē maximū est, fuerant confirmata. Thucydi. li. 5. belli Pellopo.

¶ Quod absurdum sit.

Sic Cicero. 2. act. in Verrem. Nihil (inquit) est quod minus ferendum sit, quàm rationem ab altero uitæ reposcere eum, qui non possit suæ reddere. Legem enim sibi ipsi indicunt īnocentiæ uirtutūq; omnium (inquit idem 8. act.) qui ab altero rationem uitæ reposcunt. Nam qui sibi hoc sumpsit ut corrigat mores aliorum ac peccata reprehendat, quis huic ignoscat, si qua in re ipse abreligione officij declinarit? unde rectè illud à Prætoribus edictum est, ut quod quisq; iuris in alium statuerit ipse eodem iure utatur. Et præclarè Diui Seuerus & Antonius sæpissimè rescripserunt. Licet (inquiunt) legibus soluti simus, attamen legibus uiuimus. Nihil enim tam proprium imperij est (dicebat Alexander) quàm legibus uiuere.

¶ Quamobrem Byzantij.

Byzantij à Byzanto rege nomen habēt author Diodorus li. 5. de fabulosis, antiquorum gestis, Lygos antea dictum. Id primo in angustissimo Euripo posuere Lacedæmonij Pausania duce, quod uariante deinde fortuna, dum incerti iuris possessio adhuc esset, Atheniensibus Spartanisq; id sibi certatim uendicantibus, tandem libertatem sibi asserere, & libere conditionis esse cœpit. Hanc postea

ea, Seuerus Imperator funditus euersam in formā uici redegit, Cōstantinus deinde magnus ampliore mœnium circuitu constructam ex suo nomine Constantinopolim appellauit. Nunc Turcæ paret à Mahomete supra nonagesimum annum capta.

¶ Vt ne Chalcedonem.

Chalcedon ciuitas Bosphori libera in Asia ut Byzantium in Europa. Distat à Nicomedia Bithyniæ stadijs septuaginta duobus. Procerastis dicta antea, author est Plinius. Ea, cùm pendisset tributum Atheniensibus teste Xenophonte libro 1. Rerum Græcarum, à Byzantijs occupata est, nullo iure ut Demosthenes ait, ut & Sylembria, ciuitas Thraciæ Plinio li, 4. cap. 11. latitudine ducentorum pedum continenti annexa, subacta autem Sylembria fuit Atheniensibus, Alcibiadis uirtute Xenoph. libro 1. Rerum Græcarum testis. Dicta est quasi Selyos oppidū. Nā lingua Thracia Bria ciuitas appellatur, ueluti & membria quasi Menapolis id est Menæ ciuitas, Strabo in septimo. Legitur uariè apud authores probatos. Xenoph lib. 1. Rerum Græc. σηλυβρίαν uocat. Strabo in septimo σηλυμβρίαν, Demo. hic σηλυμβρίαν

¶ Ordinis desertorem quem tuendum dedit Imperator.

Disciplinæ militaris ratio maxīa apud græcos habebatur ac potissimum Spartanos, apud quos (Plutarcho in uita Agesilai teste) desertoribus hæ pœnæ legibus positis infliguntur. Non solum magistr

gistratu omni repellunt, sed et uxorem nec dare cuiquã horũ nec ipsis ducere licet. Obuios quisq; cum uult cedere potest. Ipsi squallidi abiectiq; circumeunt ista sustinentes. Pallia consuta, colore tincta ferunt, Barbam radunt partim, partim nutriunt. Quare Xenoph. li. 3. Rerũ Græcarum. Dercyllidem Lacedæmonium a Pharnabazo uulneratum fuisse scribit, cùm scutum imperite gestaret, quod ignominiæ (inquit) apud Lacedæmonios datur, apud quos militaris disciplina neglecta sæuerius puniri solet. Propterea & Clearchus Lacedæmonius dicere solebat ὡς δέοι τὸν στρατιώτην φοβεῖσθαι μᾶλλον τὸν ἄρχοντα ἢ τοὺς πολεμίους hoc est Imperatorem hoste ipso formidolosiorem esse oportere Xenophon. lib. ij. expedi. Cyri. Hæc de Spartanorum militari disciplina. At uerò apud Athenienses, is quoq; qui militare subterfugiat ut timidus & desertor foro excludebatur, neq; coronari permittebatur neq; templa publicè intrare. Quo nomine & Demosthenes ab Aeschine his uerbis notatus est. Quò in loco meminisse (inquit) dignum est optimorum uirorum, quos iste, non confectis sacris, in manifestũ periculum à se missos, ausus est postea publico funere laudare, ac pulpitum ascendere, fugacibus illis & fugitiuis pedibus, cum quibus aciem ipsam deseruit in qua illi ceciderunt, quorum uirtutem commendabat. Quòd dum ei probrosè obijceretur á plerisq;, solebat illo notißimo uersu illudere

Ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται.

Iure igitur optimo laudat Demosthenes Athenienses quòd desertores aciei ignominia afficiant, foro eos ac templis excludendo ac communione Reipub. Hoc est quemadmodum scripsit Thucid. in 5 Ne gerendi magistratus, neuè mercandi, uendendi, dandiuè aliquid, ius haberent. Et meritò ἡ μὲν γὰρ εὐταξία (ut Xenophon libro tertio Cyri expeditioni scribit) σώζειν δοκεῖ, ἡ δὲ ἀταξία πολλοὺς ἤδη ἀπολώλεκεν. Hoc est ordinis enim constantia rebus salutem, perniciem adfert perturbatio. Sed hoc idẽ in republica gubernãda pacis tẽpore non seruari, improbat uehementer, nec iniuria, nam ut frustra sunt foris arma nisi fuerit consilium domi, ita econtrario militaris disciplina in bello ac uirtus martia languescit, si leges in pace, ac Reipub. tranquillitas, legum comes, domi frigent. Hæ duæ res coniunctæ sunt, Reipub. & rei militaris disciplina, quibus creuit Rhomanum imperium. Vt Iustinianus Imperator his uerbis attestatur. Summa Reipub. initio de stirpe duarum rerum, armorum scilicet atq; legum, ueniẽs, uimq; suam exinde muniens, fœlix Rhomanorum genus omnibus anteponi nationibus omnibusq; gẽtibus dominari, tam præteritis effecit temporibus, quàm (Deo propitio) in æternum efficiet. Istorum etenim alterum alterius auxilio semper eguit, & tam militaris res legibus in tuto collocata est, quàm ipsæ leges armorum præsidio seruatæ sunt.

sunt. Hæc ille. Ac utinam equitibus Polonis id etiã i[n] mentem ueniat, ut qua fœlicitate ac uirtute o=
li[m] bella periculosa parua manu confecerunt, e=
a lem authoritate & prudentia, nunc statum Re=
ipub. tuerentur. Nam profecto sic & fortuna=
tiore Repub. uteremur, et hostes minus formido=
losos haberemus. Alioqui frustra foris tanto cum
studio hostem externum petemus, si factio, acer=
rima Rerumpubli. pestis, domi grassabitur

¶ Nunc autẽ eos quidẽ sociorũ

Solebãt bella dirimi ac fœdera confici apud Græ=
cos, ut & nunc apud nos, cum illa adiunctione,
ut illi cum quibus fœdus feriretur, ijsdẽ & ami=
ci essent & hostes. Xenoph. libro quinto rerum
Græc. οἱ δ᾽ ἐλθόντες πρέσβεις αὐτοκράτορες
συνθήκας ἐποιήσαντο τὸν αὐτὸν μὲν ἐχθρὸν καὶ
φίλον λακεδαιμονίοις νομίζειν id est qui (olyn
thij scilicet) cum Spartam liberis uenissent mãda=
tis, bellum his conditionibus diremptũ est ut eos=
dem hostes & amicos quos & Lacedæmonij habe
rẽt, Itaq; orator comendat Athenienses, quòd
socios belli, qui, ut ijsdem & hostes essent & ami
ci, sacramento se obstrinxerunt, beneuolen=
tißimorum loco hebeãt: quòd uerò improbos rei=
publicæ gubernatores, qui ex professò & palam
reipublicæ hostes sunt, fidelißimos arbitrentur,
id improbat uituperatq;

¶ At enim non de quo quis

Simile huic est illud ex. i. olynthiaca τὸ ἐπιτι=
μᾶν

μᾶν ῥᾴδιον καὶ παντός ἐστιν, τὸ δ᾽ ὑπὲρ τῶν
παρόντων ὅ, τι δεῖ πράττειν ἀποφαίνεσθαι,
τοῦτ᾽ ἐστὶ συμβούλου. id est Omnia uituperare fa=
cile est, at uidere quid de rebus præsentibus agere
oporteat, id est consultoris

¶ Si quæ Statueritis, vtili quo.

Rectè hoc Demonsthenes. Etenim ἅπας λόγος
(Inquit ipse ij. Olynth.) ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα
μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν. id est Omnis ser=
mo si facta absint, uanum quiddam est ac leue

¶ Ego igitur vestri muneris

Exitus orationis præclarus est ac potens tacita
obiurgatiõe. Etenim quando Atheniensibus, egre
gia maiorum facinora proponit ob oculos, ueluti
quibusdam stimulis eos ad imitãdum excitat. Cum
uerò admonet ne tantum modo, & laudibus ma=
iorũ delectentur, & contemplentur trophæa, sed
etiam ipsorum uirtutes imitentur, arguit socordiã
Atheniensium ac degeneres animos, qui laudibus,
uirtute, & trophæis suorũ maiorũ contenti, ima=
gines & parentum & suas, ignauia dedecorant.
Qui locus ualde nobilitati animaduertẽdus est, ne
forte εὐγενείᾳ, id est nobilitate parentum inflati,
ἐξοχῇ. i. claritatẽ rerũ gestarũ uirtutumq; splẽ
dorẽ, quæ nobilitatis à maioribus relictæ orna=
mẽta sunt, cõtemnãt. Neq; enĩ uerè nobiles cẽsendĩ
sunt, nisi q maiorũ suorũ imagines uel uirtute bel
lica, uel literarũ splẽdore, uel Reipub. administran
dæ prudentia illustrârint.

Kalendarz Krakowski na rok 1809